care. Scientia namque informat iudi
cium. Ideoque secundus ordo a secundo dono
i. cognitione veritatis appellatus.

Est s. cherubin. Ita et de aliis intel-
ligendum est. Assignatur ergo excellen-
cia ordinum secundum excellenciam donorum.
Et tamen sicut grego. ait. illa dona omni-
bus sunt communia. Omnes enim ardent cha-
ritate. et sciencia pleni sunt. sic et de aliis.
Sed superiores aliis excellencius (ut
iam dictum est) ipsa acceperunt a
quibus nominantur. Unde greg.
in illa summa civitate quisque ordo
eius rei censetur nomine. quam plenius
accepit in munere. Sed oritur
hic quo talis. Si quis ordo ab illo
dono nominatur quod plenius possi-
det. tunc cherubin in sciencia premi-
net omnibus. quia a sciencia nominatur. Sed
qui magis diligit plus cognoscit.
Quantum enim (ut tradit auctoritas) co-
gnoscit ibi quisque quantum diligit.

Itaq; seraphim nō solū in chari
tate sed etiā in sciā preeminent
Ideo q; auctas illa sic videtur intel
ligenda ut cōparatio nō referatur
ad omnes ordines sed ad quosdaz
s. inferiores. Ille enī ordo nō ple
nius seraphim accepit sciam i mu
nere sed plenius aliis ordinibus
qui sunt inferiores. Nec noiat
quisq; ordo ab omni re quā plenius
aliis accepit sed ab aliqua re
quas accepit. Vel pt cōparatio refer
ri nō ad ipos ordines sed ad alia
dona nec ad oīa alia dona sed
ad quedam. Sicut enī homines
cū plura habeant dona que
dam aliis excellencius possident.
Ita forte et angeli quibusdā munere
ribus magis pollent et aliis quibusdā minus

Determinat qd sit huius ordi
nationis principium. utrum scilicet ordi
nes ab initio creationis
ita distincti fuerint.

Iam nunc inquirere restat. utrum
et isti ordines a creationis initio ita
fuerint distincti. Quia ita fuerunt
distincti a primordio sue condicio
nis videtur testimonio auctoritatis
insinuari que tradit de singulis
ordinibus aliquos cecidisse. de
ordine namque superiori lucifer ille
fuit. quo nullus dignior conditus fuit
Apostolus etiam principatus et potestates te
nebrarum nominat. ostendens de or
dinibus illis cecidisse. qui cum in mali
ministerium exerceant. non tamen
penitus nominibus ordinum suorum priva
ti sunt. Sed non videtur illud posse
stare. Non enim tunc charitate ar-

debant · ner ſapia pollebant ·

reſp̃m cui deus ſedebat · Si em

hor habuiſſent · nõ crediſſent ·

Non ſo tñr erãt cherubin nl ſe

raphim nl throm · Ad quod dicẽ

q̃ ante caſũ quęrũdum nõ erãt

ſ̃ ſpleta · ordinẽ bonũ ſpleta · et deſtructo ordine pre adoptõ

illi qui perstiterunt. Alii enim ut
prediximus superiores. alii inferi-
ores conditi sunt. Superiores qui
natura magis subtiles et sapientia
magis perspicaces. Inferiores que
natura minus subtiles. et intelli-
gentia minus perspicaces facti sunt.
Has autem invisibiles differentias in-
visibilium. solus ille ponderare po-
tuit. que omnia in numero et mensura
et pondere disposuit. i. in seipso
que est mensura omni rei modum
prefigens. et numerus omni rei speciem
prebens. et pondus omnem rem
ad stabilitatem trahens. i. terminans
et formans. et ordinans omnia.
Determinat huius ordina-
tionis modum. utrum scilicet omnes
angeli eiusdem ordinis sint equales
Preterea considerari oportet utrum

omnes angeli eiusdem ordinis equa-
les sunt. Ita esse quibusdam pla-
cuit, sed non est hoc probabile
nec assertione dignum, quia lucifer qui
fuit de collegio superiorum, ipsis etiam
dignior extitit, qui aliis excellen-
tiores creati fuerant. Ex quo percipi-
tur quod si perstitisset in ordine supe-
riori fuisset, et aliis eiusdem ordinis
dignior extitisset. Sicut enim est
unus ordo apostolorum, et alter mar-
tirum, et tamen in apostolis alii aliis sunt
digniores, similiter et in martiribus
alii aliis sunt superiores. Ita et in
ordinibus angelorum recte cre-
ditur esse.

De reparatione ordinum
angelicorum quantum ad gradum
quo scilicet dicat scriptura decimum
ordinem ex hominibus comple-
ri, cum non sint nisi nouem ordines

Notandum etiam quod decimus ordo le
gitur de hominibus restaurandus
Sed cum non sint nisi novem ordines
nec plures fuissent etiam si illi
qui ceciderunt perstitissent. movent
lectores quomodo scriptura dicat de
cimum ordinem compleri ex hominibus
Grego. nanque ait. homines assu
mendos in ordine angelorum. quorum
alii assumuntur in ordine superio
rum qui scilicet magis ardent cha
ritate. Alii in ordine inferiorum
qui scilicet minus perfecti sunt. Ex quo
apparet non esse de hominibus
formandum decimum ordinem.
Tanquam novem sint angelorum et de
cimus hominum. sed homines pro qua
litate meritorum statuendos in
ordinibus angelorum. Quod ergo legitur

decimus ordo complendus de ho
minibus. ex tali sensu dictum fore ac
cipi potest. quia de hominibus restaura
bitur quod in angelis lapsum est.
De quibus tot corruerunt. ut pos
set fieri decimus ordo. propter
quod apostolus dicit. restaurari omnia
in christo. que in celis et que etiam in
terris sunt. quia per christum redemptum
est genus humanum. de quo fit re
paratio ruine angelice. tamen non minus
saluaretur homo. si angelus non
cecidisset.

De repatione ordinum an
gelicorum quantum ad numerum. quod
scilicet homines assumuntur iuxta
numerum stantium non lapsorum

Non enim iuxta numerum eorum
qui ceciderunt. sed eorum qui perman
serunt homines ad beatitudinem

ad mittuntur. Vnde Greg. Superna
illa ciuitas ex angelis et hominibus
constat. ad quam credimus tantos hu
mani generis ascendere. quantos
illic contigit angelos remansisse.
Sicut scriptum est in cantico Deute
ronomii. Statuit terminos populorum
iuxta numerum angelorum dei. A
quibusdam tamen putatur quod homines
reparentur iuxta numerum angelo
rum qui ceciderunt. vt illa cele
stis ciuitas. nec suorum ciuium nu
mero priuetur. nec maiori co
pia regnet. Quod aug. in enche
sentire videtur. non asserens de
hominibus plus saluari quam corru
it de angelis. sed non minus ita
dicens. Superna hierusalem mater
nostra ciuitas dei. nulla ciuium

suorū numerositate fraudabit.
aut vberiori etiā copia fortasse
regnabit. Neq; enī numerū. aut
sanctorū hoīm. aut īmundorū
demonū nouimus. in quorū locū
succedentes filii catholice matris
que sterilis apparebat in terris.
in ea pace. de qua illi ceciderunt
sine ullo tpis termino pmane
bunt. Sed illorū ciuiū numerus
siue qui est. siue qui fuit. siue q̄
futurus est. in cōtemplatione eius
artificis est. qui vocat ea q̄ nō
sunt tanq̄ ea q̄ sunt. Ecce apparte
dicit non minus de hominibus sal
uari. q̄ corruit de angelis. sed
plus nō asserit.

Ponit diuisas opiniones
cū suis ꝯfirmacōibus de
h° an oēs spūs celestes mitāt

Hoc etiam investigandum est utrum omnes illi celestes spiritus ad exteriora nuncianda mittantur. Quidam putant aliquos in illa multitudine esse qui foras pro officio exeunt. Alios qui intus semper assistunt. Sicut scriptum est in daniele. Milia milium ministrabant ei. et decies centena milia assistebant ei. Item Dyonisius in ierarchia que sacer principatus dicitur de prelatione spirituum ait. Superiora illa agmina ab intimis nunquam recedunt. quoniam ea que preeminent usum exteriorum officii nunquam habent. His auctoritatibus innituntur qui angelos mitti (nisi inferiores) inficiantur.

Obiectio contra illos

Quibus obicitur quod Esaias ait

volauit ad me vnus de seraphin
qui ordo superior est et excellencior
Ideoque si de illo ordine mittuntur
non est ambigendum quinecia et de
aliis mittantur. Apostolus quoque ait. Omnes
sunt ad ministratorii spiritus in mini-
sterium missi. Hiis testimoniis as-
serunt quidam omnes angelos mitti.
Nec debet indignum videri si etiam
superiores mittantur. Cum et ille qui
creator est omnium ad hec inferiora de-
scenderit.
Mouet dubitaciones et determi-
nat si omnes mittuntur cur vnus
tantum ordo nomine angelorum censetur.
Hic oritur questio si omnes mittun-
tur et nuncii dei existunt. quare vnus
tantum inter nouem ordines angelorum
nomine censetur. Ad quod quidam dicunt
omnes quidem mitti. sed alios sepius

a quasi ex officio iniuncto qui pro
prie angeli vel archangeli nominantur
Alios vero rarius mitti scilicet maiores.
cum extra communem dispensationem oborta
qui cum angelorum ministerium suscipi
unt etiam nomen assumunt. Unde
in psalmo. Qui facit angelos suos
spiritus quia illi a natura spiritus
sunt aliquando angeli nuncii fiunt.
Michael gabriel rapha
el de superiori ordine fuisse
putantur a quibusdam et sunt
nomina spirituum et non ordinum
Et putant illi michael gabriel
raphael de superiori ordine fuisse
Michael interpretatur quis ut deus
Gabriel fortitudo dei Raphael
medicina dei. Nec sunt ista nomina
ordinum sed spirituum. Et dicunt
quidam singulum horum unius proprie

ac singulariter spūs esse nomen
Alii vero nō vnius singulariter et
determinate. sed nunc huius nunc
illius esse nomen sm qualitatem
eorū ad que nuncianda vel ge
renda mittuntur. sicut et demo
nū quedā noīa sūt que quidam
putant esse vnius ꝓpria. alia vero
pluribus coīa. Diabolus quippe
qui grece ita vocatur et crimina
tor interpretatur vel deorsū flu
ens. hebraice dr̄ sathan. Dicitur
et belial. i. apostata et absq; iugo.
Dicitur etiā leuiathan. i. addita
mentū eorū. et alia plura reperies
nomiā. que vel vnius spūs sūt
propria. vel pluribus cōmunia.

Quo determinet predictas
auctes que videntur aduer
sari. qui dicūt oēs angelos mitti

Qui aut oes angelos mitti asse
runt premissas auctes Daniel
scz et dionisii ita determinat. Dicu
tur superiora agmina deo assistere
et ab intimis nunq recedere non
qn aliqndo mittantur sed quia
rarissime ad exteriora prodeunt
neq tunc ab intimis recedunt.
sed dei pnciae et contemplacoi semper
assistunt. quod etiam faciunt qui
frequenter mittuntur.

Ex duabus opinioibus pre
dictis terciam quasi mediam
Alii vero dicunt tres. format.
ordines supmos scz cherubin
seraphin et thronos ita creatori
assistere quod ad exteriora non exeunt
Inferiores aut tres ad exteriora
mitti tres vero medios inter

vtrosq; ꝯsistere. non modo digni
tate vel loco. sed etiā officio. qz pre
ceptū diuinū a superioribus accipiūt
et deferunt ad inferiores. Ideoq; cum
supremi medijs. et medij imis. atq;
hijs omnibus preceptū dei nūcient. me
rito omēs angeli nominari debēt.
Et ob id forte apls ait. omēs spūs
administratores esse filij et mitti in
ministeriū. vel ꝑ oēs nō singulos
ordines. sed de inferioribus ordini
bus singulos angelos cōplexus est
Illud vero quod Esaias ait. per
verba dyonisij determināt dicen
tis. Hi spūs qui mittuntur per
cipiūt. horū vocabulū. quorū ge
runt officiū. Vnde dicūt illū an
gelū qui missus est ad Esaiam
Vt mūdaret et incenderet labia

prophete fuisse de ordine infer-
orum. Sed ideo dictus est forte de
seraphin. quia veniebat incendere
et consumere delicta Esaie.

Ostendit quod boni angeli deputantur ad custodiam. et mali ad exercitium hominum.

Illud quoque sciendum est quod angeli
boni deputati sunt ad custodiam
hominum. ita ut quisque electorum
habeat angelum ad sui perfectum
atque custodiam specialiter delegatum.
Unde in euangelio veritas a pu-
sillorum scandalo prohibens ait
Angeli eorum semper vident faciem
patris. Angelos dicit eorum esse quibus
ad custodiam deputati sunt. Super
quem locum hiero. tradit unam
quamque animam ab exordio nativita-
tis habere angelum ad sui custodiam

deputatū · inquirens ita · Magna
dignitas aīarū est · ut vnaqueq;
habeat ab ortu natiuitatis in cu-
stodiā sui angelū delegatū · Gre-
gorius q̄ dicit · q̄ quisq; vnū bonū
angelū sibi ad custodiā deputa-
tū · ⁊ vnū malū ad exercitiū habet
Cum enī oēs angeli boni nrm
bonū velint · cōiterq; saluti oīm
studeant · Ille tamen qui depu-
tatus est alicui ad custodiā · eū
spāliter hortatur ad bonū · sicut le-
gitur de angelo thobie · ⁊ de an-
gelo petri in actibus aplorum
Similiter ⁊ mali angeli cū desi-
derent malū hoīm · magis tamē
hoīem ad malū incitat · ⁊ ad no-
cendū fortius instat ille qui ad exer-
citiū eius deputatus est ·

Querit et determinat utrum singulis hominibus singuli angeli an pluribus deputatus sit unus ad custodiam vel exercitium.

Solet autem queri utrum singuli angeli singulis hominibus an unus pluribus ad custodiam vel ad exercitium deputatus sit. Sed cum electi tot sint quot et boni angeli sunt, plures constat esse omnes simul bonos et malos homines quam boni angeli sint. Et cum tot sint electi quot angeli boni et angeli boni plures sint quam mali, pluresque sint homines mali quam boni, non est ambigendum plures esse bonos homines quam sint mali angeli, et plures esse malos homines quam sint mali angeli vel boni angeli. Ideoque dici oportet unum eundemque angelum bonum vel malum

pluribus hominibus deputari ad
custodiam vel exercitium sive eodem
tempore sive diversis temporibus. Ideo autem
dicimus eodem tempore vel diversis tem-
poribus. quia videtur quibusdam
quod omnes homines qui sunt simul in aliquo
tempore singuli singulos angelos habere
possunt bonos vel malos. quia licet
maior sit numerus hominum compu-
tatis in unum omnibus qui fuerunt et
sunt et futuri sunt. quam angelorum
tamen quia homines decedentibus hominibus
succedunt. et ideo numquam simul sunt
in hac vita. angeli vero numquam
decedunt. sed simul omnes sunt. esse potest
ut singuli hominum dum in hac vita
sunt. singulos habeant angelos
bonos vel malos ad sui custodiam
vel exercitium destinatos. Ceterum

sive ita sit sive nō. nō est dubitā
dū vnumquēq; habere angelum
sibi deputatū. sive pluribus simul
destinatus sit. sive vni singulariter
Nec est mirandū vnum angelū plu
ribus hominibus ad custodiā deputari.
cū vni homini plurium custodia depu
tetur. ita ut eorū quisq; suū dicatur
hr̄e dom̄ vel epm̄ vel abbatem.

Querit ꝛ rndet sm̄ primā
opinionē. vtrū angeli pfici
ant i merito vl p̄mio usq; ad iudi.ū

Preterea illud ꝯsiderari oportet.
vtrū angeli boni in premio vl
in merito proficiant vsq; ad iudici
um. Et in meritis proficiant atq;
quotidie magis ac magis mereantur
quibusdam videtur ex eo quia quo
tidie hom̄ vtilitatibus inseruiunt
eorumq; profectibus student. Quibus

etiam nihilominus videtur quod in pre-
mio proficiant scilicet in cognicione
et dilectione dei. Licet enim ut aiunt
in confirmacione beatitudinem acceperint
eternam atque perfectam, augetur
tamen quotidie eorum beatitudo, quia ma-
gis ac magis diligunt atque cogno-
scunt. Et est eorum charitas qua deum
et nos diligunt et meritum et premium.
Meritum quia per eam et obsequia ex
ea nobis impensa merentur et in
beatitudine proficiunt. Et ipsa eadem
est premium, quia ea beati sunt.
Et quod angeli proficiant in cogni-
cione ac per hoc in beatitudine, te-
stimoniis sanctorum confirmat. Dicit enim
Esaias ex persona angelorum christi
ascendentis magnificenciam admi-
rancium. Quis est iste qui venit

de eodem tinctis vestibus de bosra.

Et in ps. Quis est iste rex glie.

Ex quibus apparet quod in misterium

verbi incarnaci plenius cognoue

runt angeli post implecionem quam ante

Et sicut in cognicione huius misterii pro

fecerunt ita dicunt eos in deitatis

cognicione proficere. Que autem in huiusmodi

misterii cognicione profecerunt e

uidenter docet apostolus dicens Que

sit dispensacio sacramenti absconditi a se

culis in deo ut innotescat multifor

mis sapiencia dei per ecclesiam principibus

et potestatibus in celestibus Super quem lo

cum dicit hiero. Angelicas digni

tates prefatum misterium ad purum

non intellexisse donec completa est

passio [illegible] christi et apostolorum predica

cio per gentes dilatata. His autem

videtur contradicere Aug. super eundem
locum epistole dicens Non latuit an
gelos misterium regni celorum.
quod opportuno tempore revelatum
est pro salute nostra. Illis ergo a se
culis innotuit supra memora
tum misterium. quia omnis creatura
non ante secula sed a seculis est.
Attende lector. quia videntur
dissentire in hac sententia illustres
doctores. Ideoque ut omnis repugnan
cia de medio tollatur. predicta verba
haymonem sequentes ita determi
nemus. ut illis angelis qui ma
ioris dignitatis sunt. et per quorum
misterium illa nunciata sunt. ex
parte cognita a seculis fuisse.
utpote familiaribus et nunciis. Illis
vero qui minoris dignitatis sunt

incognita extitisse dicamus usque quo
consummata — katholicam et apostolicam
impleta sunt et per ecclesiam pre-
dicata et tunc ab omnibus angelis
perfecte fuerunt cognita. Con-
stat itaque omnes angelos in cognitione
divinorum misteriorum secundum processum
temporis profecisse. Unde non incongru-
enter ipsi dicunt angelorum scientiam
ac beatitudinem augeri usque ad futu-
ram consummationem. Quando in scientia ac
beatitudine ita perfectissimi erunt
ut nec augeatur amplius nec mi-
nuatur.

Respondet secundum opinionem secun-
dam que dicit angelos in
quibusdam premissorum non profecisse.

Alii autem dicunt angelos in con-
firmatione tanta deitatis dilectione
atque noticia fuisse preditos ut in
his ulterius non profecerint

nec profecturi sunt. Profecerunt
tm̄ in scia rerū exteriorū sic in co
gnicōne sacramenti incarnacōis
z hiuōi sed n̄ in contēplacōe de
itatis. qz trinitatem in vnitate
atqz vnitatem in trinitate n̄ plenius
intelligunt siue intellecturi sūt
qm̄ ab ipa ꝯfirmacōe ꝑceperunt
Ita etiā dicunt eos in charitate
nō profecisse ꝑ ꝯfirmacōem. qz
eorū charitas postea nō est au
cta. z sic dicūt eos nō profecisse
in meritis. sed hoc quātuz ad vī
merendi. sed nō qntum ad nume
rum meritorū. plura em̄ bona
fecerūt postea que tūc nō fecerāt
Sed eor charitas ex qua illa pro
cesserunt nō est aucta. ex q̄ tm̄
meruerunt. anteqz ista adderent

Quantum postea his adiectis. Illud
vero quod alii superius dicunt pro
babilius videtur scilicet quod angeli usque
ad iudicium in scientia et aliis proficiant.
Quibus tamen videntur obviare quae
rundam auctoritatum verba. Ait enim
ysidorus de sum. bono. Angeli
in verbo dei omnia sciunt antequam
fiant. Sed nec omnes nec omnia per
fecte angelos scire dixit. Et ideo
eos in scientia proficere non removit.
Greg. in li. dyalogorum ait. Quid
est quod ibi nesciant ubi scientem
omnia sciunt. Ubi videtur dicere quod omnia
sciant angeli. Et nihil sit quod ne
sciant. Sed accipiendum est hoc
de his quorum cognitio beatum
facit cognitorem. ut sunt ea quae ad
misterium trinitatis et unitatis pertinent

Post Cognicionem de angel habitam agit de aliarum rerum creacione et precipue sex dierum distinctione

Hec de Angelice nature condicione dicta sufficiant. Nunc super est de aliarum quoque rerum creacione et precipue de operum sex dierum distinctione nonnulla in medium proferre. Cum deus in sapiencia sua angelicos condiderit spiritus. Alia eciam creavit sic ostendit supra memorata scriptura genesis que dicit in principio deum creasse celum i. angelos et terram scilicet materiam quatuor elementorum adhuc confusam et informem que a crecis dicta est chaos. Et hec fuit ante omnem diem. Deinde elementa distinxit et species proprias atque distinctas singulis rebus secundum genus suum dedit que non simul ut quibusdam sanctorum patrum placuit sed per intervalla temporum ac sex dierum volumina ut aliis visum est formavit

diuersas opiniones circa:
productionem materie corporalium explicat.

Quidam namque sanctorum patrum qui
verba dei atque archana excellenter
scrutati sunt. super hoc quasi ad
uersa scripsisse videntur. Alii qui
dem tradiderunt omnia simul in
materia et forma fuisse creata
Quod aug. sensisse videtur. Alii vero
hoc magis probauerunt ac asse
ruerunt. vt prima materia ru
dis atque informis quatuor elemen
torum commixtionem atque confusio
nem tenens creata sit. Postmodum
vero per interualla sex dierum ex
illa materia rerum corporalium
genera sint formata secundum species
proprias. Quam sententiam Grego. hie
ro. Beda. alii pluresque commendant

ac proferunt. Que etiam scriptu
re geneseos. Unde prima huius
rei ad nos manavit cognicio. ma
gis congruere videtur.

Alteram ex illis opinionibus
elegit et explanat quomodo per in
tervalla temporis res corpora
les condite sunt.

Secundum hanc itaque tradicionem
ordinem atque modum creacionis for
macionisque rerum inspiciamus. Sicut
supra memoratum est. In principio
creavit deus celum id est angelicam
naturam. sed adhuc informem ut qui
busdam placet. Et terram id est illam
confusam materiam quatuor ele
mentorum quam nomine terre. Ut
Aug. ait contra manicheos.
Ideo appellavit moyses quia terra
inter omnia elementa minus

est speciosa. et illa inanis erat
et incomposita propter omnium elemen
torum commixtionem. Eandem etiam
vocat abissum dicens. et tene
bre erant super faciem abyssi etc.
quia confusa erat et commixta. spe
distincta carens. Eadem etiam
materia informis dicta est aqua
super quam ferebatur spiritus domini.
sicut superfertur fabricandis rebus
voluntas artificis. quia subiace
bat bone voluntati creatoris. quod
formandum perficiendumque incho
averat. qui sicut dominus et conditor pre
erat fluitanti et confuse materie.
ut distingueret per species varias
quando vellet. et sicut vellet. Hec
ideo dicta est aqua. quia omnia
que in terra nascuntur. sive

animalia sive arbores vel her
be et silia ab humore incipi
unt formari atque nutriri. Hiis
omnibus vocabulis vocata est illa
informis materia ut res igno
ta notis vocabulis insinua
retur imperitioribus et non uno tantum
Nam si uno tantum significaretur
vocabulo hoc esse putaretur
quod consueverant homines in
illo vocabulo intelligere. Sub
his ergo nominibus significata est
materia illa confusa et informis
que nulla specie cerni ac tractari
poterat i. nominibus visibilium
rerum que inde future erant propter
infirmitatem parvulorum qui minus
idonei sunt invisibilia compre
hendere et tunc erant tenebre

.i. lucis absencia. Non enim tenebre aliquid sunt. sed ipsa lucis absencia. sicut silencium non aliqua res est. sed ubi sonus non est. silencium dicitur. Et nuditas non aliqua res est. sed in corpore ubi tegumentum non est. nuditas dicitur. Sicut et inanitas non est aliquid sed inanis dicitur locus esse ubi non est corpus. et inanitas est absencia corporis.

Quoddam dubium determinat scilicet quo sensu tenebre dicantur non esse aliquid et quo dicantur esse aliquid.

Attende quod hic Augustinus tenebras dicit non esse aliquid. cum alibi tenebre inter creaturas ponantur que benedicunt dominum. Unde dicitur. Benedicite lux et tenebre domino.

Ideoq; sciendū est, tenebras di
uersis modis accipi. scz. uel pro
lucis absentia, qualiter supra
accepit Aug. iuxta quā acceptōz
nō sunt aliquid, uel, pro aere
obscurato siue aeris obscura qua
litate, et sm hoc aliqua res cre
ata sunt. Ideo ergo dicit tenebras
tūc fuisse sup faciē abyssi, quia
nō dum erat lux. que si esset
et superesset. et superfunderetur.
sed nōdum lucis grā opus suū
deus reuestauerat. que pgea
in primo die formata est.

Determiat qualiter mate
ria corpaliū sm opinio
nē plꝰ eccāz fuerit īforis et ꝯfusa.

De qua re (priusq; tractemꝰ) duo
nobis discutienda occurrunt.
Primū quare illa materia ꝯfusa

dicatur. an qz omni forma caru
erit. an ꝓpter aliud. Secundo vbi
ad esse proderit. et quantum in altum
ascenderit. Ad illud ergo quod primo
positum est breuiter respondentes di
cimus illam primam materiam non
ideo dictam fore informem. quod nul
lam omnino formam habuerit. qz
non aliquid corporeum tale existere
potest quod nullam habeat formam.
Sed ideo non absurde informem
appellari posse dicimus. quia in
confusione et permixtione quadam sub
sistens. nondum pulcram apertamque
et distinctam receperat formam. qua
lem modo cernimus. Facta est ergo
illa materia in forma confusionis
ante formam dispositionis. In for
ma confusionis prius omnia corporalia

materialiter simul et semel sunt
omnia corporalia
creata post modum in forma dispo
sicionis sex diebus sunt ordinata.
Ecce absolutum est quod primo in di
scussione propositum fuit. scilicet quere
illa materia dicatur informis.

Determinat ubi illa materia fuerit locata.

Nunc superest quod secundo propone
batur explicare ubi scilicet illa ma
in quo loco fuit
teria substiterit. et quantum in
i. spatium occupavit
altitudine porrigebatur. Ad quod
(nihil temere asserentes) dicimus
Quod illa prima rerum omnium moles
quando creata est ibidem ad esse vi
i. informas specificas distincta
detur prodiisse. ubi nunc forma
ta subsistit. Eratque terrenum hoc
elementum in uno loco eodem me
dio subsidens. ceteris in una

confusione permixtis. eisdemque cir
cumquaque in modo cuiusdam nebule
oppressis. ita obuolutum erat, ut
apparere non posset quod fuit. Illa
vero tria in una permixtione confusa
circumquaque suspensa. eousque in altum
porrigebantur. quousque nunc summi
tas corporee nature pertingit.
Et sicut quibusdam videtur. ultra lo
cum firmamenti extendebatur illa
moles. que in inferiori parte
spissior atque grossior erat. In superi
ori vero rarior atque lenior atque sub
tilior existebat. De qua rarioris sub
stantia putant quidam fuisse aquas
que super firmamentum esse dicuntur.
Talis fuit mundi facies in principio.
priusquam reciperet formam vel dispositionem.
Anticipando determinat quibus

Diebus uel in quot ista materia siue mundi facies in ipso primordio fuerit distincta.

Nunc superest ut dispositionem illam qualiter perfecta sit ordine prosequamur. Sed diebus sicut docet scriptura genesis distinxit deus et informas redegit proprias cuncta que simul materialiter fecerat. Perfecitque opus suum die sexto et sic deinde die septimo requieuit ab omni opere suo. i. cessauit nouam creaturam facere. Sex enim diebus sex rerum genera distinxit nihilque postea fecit. quod in aliquo istorum non contineatur. operatus est tamen postea sicut veritas in euangelio ait. pater meus operatur usque nunc. et ego operor.

Confirmat quatuor esse modos
divine operationis auctoritate alicuini.

Quattuor enim modis ut ait Alicui-
nus super Gen. deus operatur. Primo in
verbo omnia disponendo. Secundo in
materia informi quatuor elemen-
torum de nihilo eam creando. Un-
de vivit in eternum creavit omnia
simul. Omnia scilicet elementa. vel omnia
corpora materialiter simul creavit.
Tertio per opera sex dierum varias
distinxit creaturas. Quarto ex pri-
mordialibus seminibus non incogni-
te oriuntur nature. sed note sepi-
reformantur ne pereant.

Determinat quando lux facta
fuit. quia ante omnia alia.

Prima autem distinctionis operatio
fuit formatio lucis sicut ostendit

scriptura gen. q̄ ꝯmemorata
rerū informitate. earū dispōnez
a luce inchoauit. subdens. dixit
deus. fiat lux. ⁊ facta est lux.
⁊ diuisit lucem a tenebris. Ap
pellauitq; lucem diem. ⁊ tene
bras noctez. Et factū est vespe
⁊ mane dies vnus. Congrue mū
di ornatus a luce cepit. vnde ce
tera que creanda erant videntur.

Qualis facta fuerit lux illa. corpalis an spūalis

Si queritur qualis illa lux fue
rit. corpalis scz an spūalis. Id
rūdemus quod legimus traditur
Dicit em̄ aug. qz lux illa cor
palis vel spūalis intelligi pōt.
Si spūalis accipitur. angelica nā
intelligitur. que prius informis

fuit. sed postea formata est. cum
ad creatorem conversa, ei charitate
adhesit. Cuius informitatis creatio
superius significata est. ubi dictum
est. In principio creavit deus celum
et terram. Hic vero eiusdem formatio
ostenditur cum ait. fiat lux. et facta est
lux. Hec ergo angelica natura prius
tenebre. et postea lux fuit. quia
prius habuit informitatem et imperfec-
tionem. deinde formationis perfectionem
et ita divisit deus lucem a tenebris
Nam ut ait Aug. super gen. huius
creature informitas et imperfectio
fuit. antequam formaretur in amore
conditoris. Formata vero est quando conver-
sa est ad incommutabile lumen veri
Si vero corporalis fuit lux illa. quod
utique probabile est. corpus lucidum

fuisse intelligitur velut lucida
nubes. quod nō de nihilo sed de
preiacenti materia formaliter
factū est ut lux esset. ⁊ vī lu
cendi hr̄et. cū quā dies p̄ma
exorta est. q̄ ante nec dies fu
it nec lux. licet tp̄us fuerit.
Vbi lux illa fc̄a ⁊ ubi posita
fuerit.

Si aūt queritur vbi est facta lux
illa. cū abyssus oēz terre altitu
dinē tegeret. Dici p̄t in illis p̄ti
bus ee facta. quas nūc illustrat
solis diurna lux. Nec mirū lu
cem in aquas posse lucere. cū
etiā nautarū opatōne sepius il
lustrentur. q̄ in profundum
mersi. misso ex ore oleo aquas
sibi illustrant. q̄ multo rariores

fuerunt in principio quam modo sunt
quia nondum congregate fuerant in uno
loco. Facta ergo lux illa vicem et lo-
cum solis tenebat, que motu suo cir-
cum agitata noctem diemque discer-
nebat. Ubi ergo primum lucem appa-
ruisse verisimile est, ubi sol quotidi-
ano cursu circumvectus apparet.
Ut eodem tramite lux circumcurrens
ac primo ad occasum descendens ne-
speram faceret, deinde revocata
ad ortum, aurora, id est mane illustra-
ret. Et ita divisit deus lucem et te-
nebras et appellavit lucem diem
et tenebras noctem.

De effectu lucis sive de die quem faciebat quantum ad spacium.

Hic notandum est quod dies diversis
modis accipitur in scriptura. Dicitur

eni dies lux illa que illo triduo
tenebras illuminabat. Et dicitur
dies illuminacio ipsa aeris. Dicitur
etiam dies spacium xxiiii horarum
qualiter accipitur cum dicitur. Fac-
tum est vespere et mane dies unus
Quod ita distinguendum est. fac-
tum est vespere prius et postea mane
Et ita fuit dies unus expletus xxiiii
horarum. Dies scilicet naturalis. qui habuit
vesperam sed non mane. Mane enim
dicitur finis precedentis et initium
sequentis diei. quod est aurora
que nec plenam lucem nec omnino
tenebras habet. Mane ergo primus
dies non habuit. quia nec dies pre-
cesserat qui sequentis diei initio
terminaretur. et eo precipue. quia
luce apparente mox super terram

plenus atque preclarus dies extitit
qui non ab aurora sed a plena
luce inchoavit. Et mane sequen
tis diei consumatus est. Unde Beda
super Genesim. Dicebat ut dies a luce
inciperet. Et in mane sequentis
diei tenderet. ut opera dei a luce
inchoasse. Et in lucem completa esse
significarentur. Reliqui autem
dies mane habuerunt et vesperam
quorum quisque a suo mane incipi
ens usque ad alterius diei ma
ne tendebatur.

De quantum die ad distinguendi
modum scilicet de naturali ordine com
putationis dierum. Et de illo qui
per misterio introductus est

Hic est naturalis ordo distin
ctionis dierum. ut distinguantur atque
computentur dies a mane usque ad

mane. Postea vero in mysterio fa
ctum est ut dies computentur a
vespera in vesperam et adiungatur
dies precedenti nocti in computa
cione. Cum iuxta naturalem ordinem
precedens dies sequenti nocti ad
iungi debeat. Quia homo a luce per
peccatum corruit in tenebras igno
rancie et peccatorum. Deinde per Christum
a tenebris ad lucem redyt. Unde
apostolus Eramus aliquando tenebre
Nunc autem lux in domino. Primus ita
quod dies non ab aurora sed a plena
luce incipiens. et post vesperam
paulatim occidente luce excipi
ens mane sequentis diei expletus
est. Unde Beda: occidente luce paula
tim et post spacium diurne longitu
dinis inferiores partes subeunte

factū est vespe / sicut nūc usi-
tato cursu solis fieri solet / ffactū
est aūt mane eadē sup̄ terraz vede
unte / ⁊ aliū diem inchoante / ⁊
dies expletus est vnus xxiiii ho-
rarū / ffinitq; nox illi truduo oī-
no tenebrosa / que / post creata
sydera / aliqua luce clarnit.

De die q̄stū ad complemē
tum scz cur sol factus est si
lux illa sufficiebat.

Solet aūt queri / quare factus ē
sol / si lux illa faciende diei suf-
ficiebat / Ad quod dici pt̄ / qm̄ lux
illa forte supiores ptes illustra-
bat / ⁊ ad illuminacōem inferioꝝ
solem fieri optebat / Vel pocius iō
qz facto sole diei fulgor auctus
est / Ampliori em̄ multo luce ra-
dianit dies postea q̄z an̄ / Si aūt

queritur quid de luce illa factū
sit cū modo nō appareat. Pōt dici
aut de ea corpus solis formatum
aut in ea parte celi esse in q̄ sol
est. nō ꝑ ipa sit sol. sed sic est
ei vnita ut discerni nō valeat.

Quō accipiendū sit illud ver
bū quod dixit deus. fiat. an
sono vocis id deus dixerit an aliter.

Preterea investigandū est. quō
accipiendū sit quod ait. Dixit
deus fiat. vtrū temporaliter. vel so
no vocis illud dixerit. an alio
modo. Aug. sup Gen. tradit nec
temporaliter nec sono vocis deū
locutū fuisse. qr si temporaliter
et mutabiliter. et si corporaliter di
catur sonuisse vox dei. nec lin
gua erat qua loqueretur. nec
erat quem oporteret audire et

et intelligere. Bene ergo vox dei ad
naturam verbi per quod omnia
facta sunt refertur. Dixitque deus
fiat etc. non temporaliter non sono vocis
sed in verbo sibi coeterno. id est
verbum genuit intemporaliter in quo
erat et disposuit ab eterno ut fie-
ret in tempore et in eo factum est.

Quomodo accipiendum sit quod dicitur pater operari in filio vel per filium vel in spiritu sancto.

Hic queri solet quomodo accipiendum
sit quod dicitur pater operari in fi-
lio vel per filium vel in spiritu sancto.
Hoc enim scriptura frequenter nobis
proponit ut omnia in sapientia feci-
sti domine. id est in filio et in prin-
cipio id est in filio creavit deus
celum et terram. Et illud per quem
fecit et secula. Super illum quoque psalmus.

locū. Verbo domī celi firmati sūt
rc. dicit Aug. q̄ pr̄ operatur per
verbū sīn̄ ⁊ sp̄nsc̄tum. Quō ergo
hoc accipiendū est. Putauerūt
quidam heretici q̄ pater velut
auctor ⁊ artifex filio ⁊ sp̄nsancto
in rerū opacōn quasi instrumēto
vteretur. Ex predictis verbis er
randi occasionē sumentes. q̄d
velut blasphemū atq̄ sane do
ctrine aduersū abiicit p̄ia fi
des. Non est itaq̄ intelligendū
ideo scripturā frequēter cōmeō
rare patrem opari in filio vel
per filiū. tanq̄ filius nō posset
facere si ei nō porrexisset pater
dexteram. vel tanq̄ aliquod i
strm̄ fuerit p̄ris opantis. sed
potius illis verbis patrem.

intelligi voluit cum filio et spiritu sancto
operari et sine eis nil facere.
Remouet opinionem hereticam insinuans aliam esse expositionem verbi predicti.

Sed dicit hereticus hac ratione hoc
posse dixisse filium operari per patrem
vel in patre et spiritu sancto cum utroque
quia filius cum patre et spiritus sanctus
cum utroque operatur. Cui breuiter respondetur. Ideo istud dictum esse et non
istud ut in patre monstraretur auctoritas. Non enim pater a filio sed filius
a patre operatur et spiritus sanctus ab utroque.
Ideoque etiam filius per spiritum sanctum legitur
operari quia cum spiritu sancto operatur hoc ipsum
a filio habenti ut operetur. Alia expositio predictorum
Potest et aliter illud accipi ut dicatur
pater in filio vel per filium
operari quia eum genuit omnium opificem

Sicut dr̄ pater ꝑ eū iudicare.
qr̄ genuit iudicem. Ita ꝛ ꝑ spm̄ scm̄
dr̄ opari sine pr̄ sine filius. quia
ab utroq; procedit spm̄ sctus factor
om̄ium. Vn̄ Ioh. Crisos. in exposicōe
eplē. ad hebre. sic ait. Non (ut he
reticus inaniter suspicatur) tanq̄
aliquod instrm̄ patris extiterit fi
lius. Neq; per eū pr̄ dicitur fecisse
tanq̄ ipe facere nō posset. sed sicut
dicitur pr̄ iudicare per filiū. quia
iudicē genuit. sic etiā dicitur opa
ri per filiū. qr̄ eū constat opificē
genuisse. Si em̄ causa eius pater
est. sm̄ q̄ pr̄ est. multo amplius
eorū causa est que per filiū facta
sunt. Hec de ope prime diei di
cta sunt.

Determinat celorū naturā secundum veritatem.

Dies xiiii

Dixitque deus. fiat firmamen-
tum in medio aquarum et dividat
aquas ab aquis. Divisitque aquas
que erant sub firmamento ab his
que erant super firmamentum. Sciendum
est quod illius celi describitur hic
creatio. sicut ait Beda super gen.
in quo fixa sunt sidera. cui super
posite sunt aque in aere et in terra
et superposite alie. de quibus dicitur
Qui tegis aquis superiora eius.
in medio ergo firmamentum est. i. side-
reum celum. quod de aquis factum
esse credi potest. Cristallinus ergo lapis
cui magna est firmitas et per
spicuitas de aquis factus est.
Si quem vero movent. quomodo aque
nature fluide et in ima labiles
super celum possunt consistere. de deo

Job xxvi

scriptū esse meminerit. Qui li
gat aquas in nubibus suis. Qui
enim infra celū ligat aquas ad
tempus vaporibus nubium retentas
post etiā super celi sperā nō vapo
rali tenuitate sed glaciali solidita
te aquas suspendere ne labantur.
Quales aut̄ et ad quid condite sint
ipse novit qui condidit. Ecce ostensum
est his verbis quod celū factum
sit. s. illud in quo sunt fixa sidera
i. quod excedit aerem. et de qua
materia. s. de aquis. et quales
sint aque que super illud celū
sunt. s. ut glacies solidate.

Determinat celorum naturam
secundum quorundam opinionem
qui putant celū illud esse igne
e nature. quibus consentit Augus.

Quidam vero celū quod excedit aerem

spacia / ignee nature dicunt / asserentes sup aerem puru: ignem esse. qui dr esse celu / de quo igne sidera et luminaria facta esse coniectant. Quibus aug. consentire videtur. Utrum vero noie firmamenti celu quod excedit aerem / an ipse aer hic intelligatur. idem Aug. querit nec ~~intell~~ soluit / Magis tn approbare vr celu illud hic accipi: quod spacia aeris excedit / Aquas aut que super illud celum sunt dicit vaporaliter trahi. et leuissimis suspendi guttis / Sicut aer iste nubilosus exaltacoe terre aquas vaporaliter trahit. et p subtiles minucias suspendit. et pq corpulencius conglobatas pluuialiter refundit / Si ergo pt aqua sicut videmus

ad tantas minucias pervenire ut
feratur vaporaliter super aerem aquis
naturaliter leviorem. Cur non creda
mus etiam super illud levius celum
minucioribus guttis et levioribus
immanare vaporibus. sed quoquo
modo ibi sint. ibi esse non dubitamus

Tangit quoniam de figura celi.

Queri etiam solet cuius figure sit
celum. Sed s. s. quamvis autores nostri
scivierint. per eos dicere noluit
nisi quod prosit salutem

Queritur de motu celi.

Queritur etiam si stet an moveatur
celum. Si moveatur inquiunt
quomodo est firmamentum. Si stat quomodo
in ea fixa sidera circumeunt. Sed
firmamentum dici potest non propter
stationem. sed propter firmitatem

vel terminum aquarum intrans-
gressibile. Si autem stat nil impe-
dit moueri et circumire sidera.

Remouet dubitationem quare
tacuit scriptura in opere 2e
diei quod in aliis dixit.

Post hoc queri solet quare hic
non est dictum sicut in aliorum dierum
operibus. vidit deus quod esset bonum
Sacrum aliquod hic commendatur
Deo fortassis non est hic dictum
quod tamen sicut in aliis factum
est. quia binarius principium alterita-
tis est et signum diuisionis.

Agit de distinctione celorum de-
terminans veritatem quando aque
congregate sunt in vnum locum.

Sequitur. dixit deus. Congre-
gentur aque in vnum locum et appa-
reat arida. Tercie diei opus est
congregatio aquarum in vnum locum

Congregate sunt enim omnes aque
celo inferiores in unam matricem
ut lux que preterito biduo a
quas clara luce lustrauerat.
in puro aere clarior fulgeat et
appareat terra que cooperta latebat
et que aquis limosa erat.
fieret arida germinibus apta. Eodem
enim die protulit terra herbam
virentem lignumque faciens fructum

Soluit dubitacionem ubi congregate sunt aque.

Si autem queratur ubi congregate
sunt aque que totum texerant
spacium usque ad celum. Potuit fieri
ut terra subsidens concauas partes
preberet ubi fluctuantes aquas re
ciperet. Potest etiam credi primarias
aquas rariores fuisse que sic

nebula tegerent terras. sed con
gregatione esse spissitas. et ideo faci
le in unum posse redigi locum. Cum
que multa constet esse maria et flumina
In unum tamen locum dicit aquas congre
gatas propter continuationem omnium
aquarum que in terris sunt. quia cuncta
flumina et maria magno mari iun
guntur. Ideoque cum dixerit aquas
congregas in unum locum. deinde
dicit pluraliter congregationes
aquarum propter multifidos sinus earum
quibus omnibus ex magno mari
principium est.

Agit de productione luminarium comparans ea operibus aliorum dierum.

Sequitur. Dixit deus.
Fiant luminaria in firmamento ce
li. et dividant diem ac noctem

In precedenti triduo disposita
est universitas huius mundi ma
china et partibus suis distribu
ta. formata enim luce prima die
que universa illustraret. Duo
sequentes dies attributi sunt
supreme et infime parti mundi
firmamento scilicet aeri terre et aque
Nam secunda die firmamentum
de super expansum est. Tercia vero
aquarum molibus inter receptacu
la sua collectis terra est reve
lata. atque aer serenatus. Qua
tuor autem mundi elementa illis
diebus suis locis distincta sunt
et ordinata. Tribus autem sequen
tibus diebus ornata sunt illa
quatuor elementa. Quarta enim
die ornatum est firmamentum

sole et lune et stellis. Quinta aer
in volatilibus. et aque in piscibus
ornamenta acceperunt. Sexta ac
cepit terra iumenta et reptilia et
bestias. post que omnia factus est
homo de terra et in terra. non
tamen ad terram nec propter terram. sed
ad celum et propter celum. Quia ergo
celum ceteris elementis prestat
priusque aliis factum est. ideo ante
alia ornatur in quarto die quo
fiunt sydera.

Determinat quare luminaria celi facta sunt.

Que ideo facta sunt.

ut per ea illustretur inferior
pars ne esset habitantibus tene
brosa. Infirmitati hominum provi
sum est ut circumeunte sole po
tirentur homines diei noctisque

vicissitudine propter dormiendi
vigilandique necessitatem. Et ideo ne
nox indecora remaneret sed luna
ac sideribus consolarentur homines
quibus in nocte operandi necessi
tas incumberet. Et quia quedam
animalia sunt que lucem ferre non
possent. Quod autem subdi
tur. Et sint in signa et tempora et
dies et annos. quomodo accipiendum
sit queri solet. Ita enim dictum
videtur quasi quarto die cepisset
tempora. cum prius triduum sine tempore
non fuerit. Ideo tempora que fiunt per
sidera non spacia morarum sed
vicissitudinem aeree qualitatis
debemus accipere. quia talia mo
tibus siderum fiunt. sicut dies
et anni quos usitate novimus

Sunt enim in signa serenitatis
et tempestatis. Et in tpa. quia per
ea distinguimus quatuor tempo
ra anni. s. ver. estatem. autumnum
hiemem. Vel sunt in signa et in
tpa. i. in distinctione horarum. quia
priusquam fierent. ordo temporum
nullis notabatur indiciis. vel me
ridiana hora. vel qualibet hora.
Hec quarta die facta sunt.

Determinat de productione animalium ex aquis

Dixit etiam deus. Producant aque
reptile anime viventis et vola
tile super terram etc. Opus quinte
diei. Est formatio piscium et avium.
Quibus duo elementa ornantur
et de eadem materia. i. de aquis pisces
et aves creavit. volatilia levans
in aera. et natatilia remittens congregati.

Disquisitio

Determinat veritatem de productione animalium extra.

Sequitur. Dixit deus. Producat terra animam viventem, iumenta et reptilia et bestias terre secundum species suas etc. Sexte diei opus describitur. Cum terra suis animalibus ornari dicitur.

Quaerit utrum post peccatum venenosa animalia noxia facta fuerint. An propter peccatum nocere ceperint prius facta innoxia.

Queri solet de venenosis et perniciosis animantibus. Utrum post peccatum hominis ad vindictam creata sint. An potius creata innoxia peccatoribus nocere ceperint. Sane dici potest quod creata nil homini nocuissent si non peccasset. Puniendorum namque vicinorum et terrendorum vel probande vel perficiende

~~vel~~ et ~~pro~~ per fruende virtutis cā
nocere ceperunt. Fuerunt ergo cre
ata innoxia. sed propter peccatum
facta sunt noxia

Quaerit utrum minuta a
mālia tunc creata fuerint

De quibusdam amantibus minu
tis questio est. Utrum in primis
condicionibus creata sint. an ex re
bus corruptis postea ornata sint
Pleraque enim de humidorum corporum
viciis vel exalacionibus terre sive
de cadaveribus gignuntur. Quedā
etiā de corruptione lignorum et
herbarum et fructuum. et deus autor
omnium est. Potest autem dici quod ea que
de corporibus amālium maxime
mortuorum nascuntur. cum anima
libus creata non fuerint. nisi potē

cialiter et materialiter. Ea vero que
ex terra vel ex aquis nascuntur
vel ex eis que terra germinante
orta sunt. tunc creata fuisse non
incongrue dici potest.

Determinat de operum divi
norum consumatione. ostendens
qualiter in productione hominis fa
cta est et consumata distinctio rerum.

Omnibus autem creatis atque dispo
sitis novissime factus est homo
tanquam dominus et possessor. qui et
omnibus preferendus erat. Unde
sequitur. Vidit deus quod esset bonum
et ait. Faciamus hominem ad imagi
nem etc. Sed antequam de hominis
creatione tractemus. quod supra bre
viter tetigimus. plenius versantes
clarius faciamus.

Explicat diversas sententias cato

licorum tractorum de ea
dem rerum distinctione.

In hac enim rerum distinctione
catholici tractatores dissentire
ut supra diximus inveniuntur. Aliis
dicentibus res creatas esse atque
distinctas secundum species suas per inter-
valla sex dierum. Quorum sententie
quia litera genesis magis inservire vide-
tur, atque catholica ecclesia magis
approbat, ideo hactenus studiose
docuimus, quomodo ex illa communi
materia prius informiter facta, postea
ea corporalium rerum genera per
sex dierum volumina distinctim
sint formata. Aliis autem videtur
quod non per intervalla temporum
facta sint, sed simul ita formata
ad esse prodierunt. Quod Aug.

sup gen. pluribus modis ni
tititur ondere. dicens elementa
quatuor ita formata sic modo
apparent ab inicio extitisse. et
celum sideribus ornatum fuisse.
Quedam vero non formaliter
sed materialiter tunc facta fuisse.
Que post per temporis accessum formaliter
distincta sunt ut herbe. arbores
et forte animalia. Omnia ergo in ipso
temporis inicio facta esse dicunt. sed
quedam formaliter. et secundum species quas
habere cerminus. ut maiores
mundi partes. quedam vero materialiter
tantum. Sed ut dicunt. Moyses lo-
quens rudi et carnali populo. locucio-
nis modum temperavit. de deo loquens
a simili hominis. qui per moras tem-
porum opera sua perficit. cum ipse

simul sua opa fecerit. Vn Aug.
Ideo inquit moyses diuisim re
fert. deū illa opa fecisse. qr non
potuit sil ab homine dici. quod a
deo sil potuit fieri. Item potuit
diuidere scriptura loquendi tpibus
quod deus opandi tpibus non
diuisit. Illi qui his auctibus et
aliis huiusmodi inherentes dicunt qua
tuor elementa atq celi luminari
a. ita formata sil esse. et habuisse
illos sex dies quos scriptura co
memorat. sex rerū genera id est
distinctiones appellant. que simul
facte sunt. partim formaliter.
partim causaliter.

Explicat veritatē d' septiē diei reqe.

Dam de septime diei requie aliqd
nos eloqui oportet. Scriptum est

quia complevit deus die septimo
opus suum. et requievit die septimo
ab universo opere quod patrarat.
Requievisse dicitur deus die septimo
Non quasi operando lassus. sed
ab universo opere requievit. quia
novam creaturam facere cessavit.
Requiescere enim cessare dicitur. unde
in Apocalipsi dicitur. Non habebant
requie dicentia Sanctus sanctus
sanctus. i. dicere non cessabant. Requie-
visse ergo deus dicitur. quia cessavit a
faciendis generibus creature
quia ultra novam non condidit.
Usque nunc tamen ut veritas in evan-
gelio ait. operatur pater cum filio.
s. administrationem eorundem generum
que tunc instituta sunt. Creatoris
enim virtus causa subsistendi est omni

creature. quod ergo dicitur. pater meus usque
modo operatur. et ego operor. illud
universe creature continuam am
ministracionem ostendit. Die ergo septimo
requievit. ut novam creaturam
ulterius non faceret. cuius materia
vel similitudo non precesserit. sed
usque nunc operatur. ut quod con
didit. continere et gubernare non
cesset.

Questionem movet et determinat
qualiter accipiendum sit quod dicitur
deus complesse opus suum septimo
die cum tunc requievit ab omni opere suo.

Sed quare quomodo septimo die dicatur
deus complesse opus suum cum ab
omni opere illo die requieverit. nec
aliquod genus novum rerum fecerit.
Alia translacio habet. Consumavit
deus die sexto opera sua. que nil

q̄onis affert. q̄ manifesta sunt
que in eo facta sunt. ⁊ omni cōsu
macō eo die ꝑfecta est. sicut scrip
tura ondit cū ait vidit deus cū
cta que fecerat ⁊ erant valde
bona. oīa quidem naturaliter
bona erant. nullq̄ in sui natu
ra vicij habencia. ⁊ sunt bo
na que ꝯdidit deus. eciā sin
gula. Sil vō vniuersa valde bona
q̄ ex oībꝰ cōsistit vniuersitatis
admirabilis pulcritudo. in qua
eciā illud quod malū dr̄. bene
ordinatū. ⁊ loco suo positū emi
nencius comendat bona. ut ma
gis placeant ⁊ laudabiliora
sint dū cōparantur malis. Sex
to ergo die facta est operū cō
sumacō. Ideo premissa oritur.

Ad quod si malum est bene ordinatum ergo malum est ordinem. Sed [illegible] Aug. [illegible] malum est quod [illegible] et ordinem [illegible] est ordo [illegible] et hic non est [illegible] et de isto loquitur Aug. Alius est ordo ad alium vel ad alium et hic est malum

Deinde

questio quo dicatur deus die
septimo opus suum complesse. quod
hebraica veritas habet. in quo
tamen nil novum creasse dicitur. Nisi for
te dicatur die septimo complevis
se opus suum. quia ipsum benedi
xit et sanctificavit sicut subiicit
scriptura. Benedixit diei sep
time et sanctificavit illum. Opus
enim est benedictio et sanctificatio
Sicut salomon aliquid operis fecit.
cum templum dedicavit. Nulla autem
diem sanctificasse et benedixisse
dicitur. quia mistica pre ceteris bene
dictione et sanctificatione eum donavit
Unde in lege dicitur. Memento sancti
ficare diem sabati. Et inde est
quod numerando dies usque ad sep
timum procedimus. et dicimus septem

Dis. xv.

esse dies quorum repetitione omne
tempus agitur non quin alius
sit ab illis dies octavus et nonus
et sic de ceteris sed quia in sex die
bus verum genera distincta sunt.
Fuit tamen Et in septimo licet
non fuerit novum genus verum in
stitutum fuit tamen in eo quasi qui
dam novus status sanctificati
onis operum et requietionis o
pificis potest etiam sic exponi
illud Complevit deus die
septimo opus suum et completum
et consumatum vidit
Continuat dicta dicendis

Dis Sedecima

Hiis excursis que supra de ho
minis creatione premisimus effectui
mancipare atque ordine expla
nare nunc suscipimus ubi hec

consideranda videntur. scilicet quare
creatus sit homo. et qualiter in-
stitutus. et qualis. et quomodo factus
deinde qualiter sit lapsus. pos-
tremo qualiter. et per quem sit repa-
ratus. Horum autem primo et secundo
posita. i. causam creationis humane
et modum institutionis superius pro
modulo nostre facultatis tracta-
uimus. Ideoque superest ut qualis
uel quomodo factus sit discutiamus
Inducit auctoritatem sacre scrip-
ture in qua ostenditur per quem
modum homo productus comparetur
ad suum effectiuum principium.

In genesi legitur. faciamus hominem
ad imaginem et similitudinem no-
stram etc. In eo quod dicit faciamus
vna operatio trium personarum ostenditur.
in hoc vero quod dicit ad

imaginem et similitudinem nostram. Una
et equalis substantia trium personarum mon
stratur. Ex persona enim patris hoc
dicitur ad filium et spiritum sanctum. Non an
gelis ut quidam putant. Quia dei
et angelorum non est una et eadem
imago vel similitudo.

Subdit predicte auctoritatis ex
planationem quod imago et simi
litudo accipitur hic a di
versis diversimode.

Imago autem et similitudo in hoc loco
vel increata intelligitur, id est trini
tatis essentia ad quam factus est
homo. Vel increata in qua factus
est homo et ipsi homini concreata. In
creatam enim imaginem que deus est
intellexisse videtur Beda cum
dicit non esse unam imaginem
dei et angelorum sed trium personarum

Et ideo personis non angelis fit
ibi sermo. In proprie tamen imago dicitur
quia imago relative ad aliud dicitur
cuius similitudinem gerit et ad quod
repraesentandum facta est. Sicut imago
cesaris que ipsius similitudinem
preferebat ipsum quodammodo re
praesentabat. Proprie autem imago dicitur
id ad quod aliud fit. Sicut exem
plum proprie dicitur quod sumitur ex a
liquo et exemplar ex quo sumi
tur aliquid. Ponitur tamen et aliquando
abusive alterum pro altero. Ita
et minus proprie accipitur ima
go essentia trinitatis. Si tamen ea
nomine imaginis in hoc loco intel
ligitur.

Ponit explanationem in
ducte auctoritatis secundum a
liorum opinionem.

vi dicitur

Filius vero proprie imago patris
dicitur sicut supra in tractatu de trinita
te diximus. Unde fuerunt nonnulli
qui ita distinxerunt ut imagi
nem in loco intelligerent fili
um. Hominem vero non imaginem. sed
ad imaginem factum diceret. quos
refellit apostolus dicens. Vir quidem
est imago et gloria dei. Hec namque
imago. i. homo. cum dicitur fieri ad ima
ginem non quasi ad filium dicitur
fieri. alioquin non diceretur ad
imaginem nostram. Quomodo enim nostram
diceretur. cum filius solius patris ima
go sit. Fuerunt autem et alii perspi
cacius hec tractantes qui per
imaginem filium. et per similitudinem
spiritum sanctum intelligerent. quia similitu
do est patris et filii. Et ideo plurali

putauerunt dici nrām. id referen
tes ad similitudinē tantū. ad
imaginē vō subintelligendum
eē meā. hoiem vō et imaginem
esse. et ad imaginē et similitudinē
factū esse tradiderūt. et imaginē
imaginis esse. et similitudinis.

Ponit explanacōes inducte auctis sm sua opinionem

Verūtamen hec distinctio licet
reprobabil' penitus n̄ videatur
qr de medio moncium. i. auctibus
sanctorum nō manat. congruēcia
in ipso homine imago et similitudo
querenda est et cōsideranda. fa
ctus est ego homo. ad imaginē
dei et similitudinē sm mentem
qua irrōnabilibus antecellit. sz
ad imaginē sm memoriā et

et intelligentiam et dilectionem. Ad
similitudinem secundum innocentiam et
iustitiam que in mente rationali
naturaliter sunt. Vel imago conside
ratur in cognitione veritatis.
Similitudo in amore virtutis. Vel
imago in aliis omnibus. Similitu
do in essentia. quia et immortalis et
indivisibilis est. Unde aug. in li.
de quantitate anime. Anima facta
est similis deo. quia immortalem et in
dissolubilem fecit eam deus. Imago
ergo pertinet ad formam. Similitudo ad
naturam. Factus est ergo homo secundum
animam ad imaginem et similitudi
nem non patris vel filii vel spiritus sancti
sed totius trinitatis. Ita et secundum
animam dicitur homo esse imago
dei. quia imago dei in eo est. Sic

imago dr̄ ⁊ tabula ⁊ pictura q̄
in ea est. sed ꝓpter picturā que in
ea est simul ⁊ tabula ⁊ imago
appellatur. Ita propter imagi
nem trinitatis. etiā illud in
quo est imago. noīe imaginis uocatur
Ex veritate determinata con
cludit ꝯclusiōēs correlati
as. q̄ hō dr̄ imago ⁊ ad ima
giēs. filius imago nō ad imagiēs
Quocirca homo ⁊ imago dr̄ ⁊ ad
imaginē. filius aut̄ imago nō
ad imaginē. q̄r natus. n̄ creatus.
equalis ⁊ in nullo dissimilis.
homo creatus est a deo n̄ geni
tus. nō parilitate equalis. sed
quadam similitudine accedēs ei.
Vn̄ aug. in li. vii. de tri. In gen
legr̄. faciamus hoīēs ad imagi
nem ⁊ similitudinem nostram

faciamus et nostram pluraliter di-
xit (et nisi ex relativis accipi
non oportet) ut facere intelligantur
pater et filius et spiritus sanctus. ad
imaginem patris et filii et spiritus
sancti (ut subsisteret homo i-
mago dei) Sed quia non omnino equa-
lis fiebat illa imago (tanquam
non ab illo nata. sed ab eo crea-
ta. ideo ita imago dicitur quia ad ima-
ginem. quia non equatur parilita-
te. sed accedit quadam similitudi-
ne. filius autem est imago. sed
non ad imaginem. quia equalis
patris. Dictus est ergo homo ad
imaginem propter imparem simi-
litudinem. Et ideo nostram. ut ima-
go trinitatis esse homo intelli-
gatur. non trinitati equalis

Sicut filius pri. Ecce ostensum
est secundum quid homo sit similis
deo scilicet secundum animam. Sed in corpore
quandam proprietatem habet que
hec indicat. quia est erecta sta
tura secundum quam corpus anime ra
tionali congruit. quia in celum ere
ctum est.

Determinat veritatem de productione
anime in se. utrum de aliquo facta
sit an non. et quando facta sit. et quam
gratiam habuerit in creatione

Hic de origine anime plura
queri solent. scilicet unde crea
ta fuerit. et quando. et quam gratiam ha
buerit in creatione. Sicut hominis
formatio secundum corpus describitur
cum dicitur. formavit deus homi
nem de limo terre. ita eius
dem secundum animam factura de

scribitur cum subditur. Et inspi
ravit in faciem eius spiraculum vite
Corpus enim de limo terre for
mavit deus. cui animam inspi
ravit. Vel secundum aliam litteram flavit
vel sufflavit. non quod faucibus suf
flaverit. vel manibus corpore
is corpus formaverit. Spiritus
enim deus est. nec lineamentis
membrorum compositus. Non ergo
carnaliter putemus deum corpo
reis manibus formasse corpus
vel faucibus inspirasse animam.
Sed ponamus hominem de limo terre
secundum corpus formavit iubendo
volendo. i. voluit. et verbo suo
iussit ut ita fieret. Et inspira
vit in faciem eius spiraculum vite
i. substantiam animae in qua viveret

creauit. nō de materia aliq̄
corpali uel spūali. sed de nihilo
Remouet quorūdā hēticorū
errorē q̄ putauerūt aīaz esse
de sb̄a dei.

Putauerunt enī quidā heretici
deū de sua sb̄a aīaz creasse. v-
bis scripture pertinaciter inhe-
rentes. quibus dicitur. inspi-
rauit uel sufflauit rc̄. Cum flat
inquiūt uel spirat. homo de se
flatū emittit. Sic ergo cū dicitur
Deus flasse uel spirasse spira-
culū in faciē hominis ex se. spm̄
hoīs emisisse intelligitur de sua
sb̄a. Cum hoc dicunt n̄ capiūt
tropica locutiōe dictū esse suf-
flauit uel flauit. i. flatū hoīs
scz aīam fecit. Flare enī est
flatū facere. flatū facere est aīaz

facere. Vnde dns p Esaiam. Deum
flatum ego feci. Non sunt ergo
audiendi qui putant aiam esse par
tem dei. Si enim hoc esset, nec
a se nec ab alio decipi posset.
Nec ad malum faciendum vel pacien
dum compelli, nec in melius vel
deterius mutari. Flatus ergo quo
hoiem aiauit factus est a deo
Non de deo, nec de aliqua ma
teria, sed de nihilo.

Determinat de productione aie in
relatione ad corpus vtrum deus
creauit aiam in corpore vel extra corpus.

Sed vtrum in corpore vel extra cor
pus etiam inter doctos scrupu
losa questio est. Aug. enim super
gen. tradit aiam cum angelis
sine corpore fuisse creatam.
Postea vero ad corpus accessisse.

neque compulsa est in corpari
Sed naturaliter illud uoluit. Sic
sic creata fuit ut vellet. Sicut
naturale nobis est uelle uiuere.
Male autem uelle uiuere. non nature
sed uoluntatis est peruerse. Alii
vero dicunt animam primi ho
minis in corpore fuisse creatam.
Ita exponentes verba illa. Inspi
rauit in faciem eius spiraculum
vite. id est animam in corpore
creauit que totum corpus animaret
Faciem tamen specialiter expressit, quia
hec pars sensibus ornata est
ad intuenda superiora. Sed quicquid
de anima primi hominis estimetur
de aliis certissime sentiendum
est quod in corpore creentur. Cre
ando enim infundit eas deus

et infundendo creat. Dicendum
est etiam animam illam non sic esse
creatam ut prescia esset operis
futuri iusti vel iniusti.

Queritur utrum deus fecerit hominem in
etate perfecta.

11 Solet etiam queri utrum deus ho
minem repente in virili etate
fecerit an proficiendo et eta
tes augendo sicut mater format
in matris utero. Aug. super gen.
dicit. Quod adam in virili etate
continuo factus est. Et hoc sunt
superiores non inferiores causas
id est sunt voluntate et poten
ciam dei quam nature generi
bus non alligant. Qualiter
et virga moysi conversa est in
draconem. Nec talia contra naturam

contra naturam fuit nisi nobis
quibus aliter nature cursus innotu
it. Deo autem natura est quod
facit. Non ergo contra dispositionem
suam illud fecit deus. Erat enim in
prima creaturarum conditione sic
hominem posse fieri. sed non ibi
erat necesse ut sic fieret. hoc
enim non erat in conditione creature
Sed in beneplacito creatoris cu
ius voluntas necessitas est. hoc
enim necessario futurum est quod
vult et prescit. Multa pero secundum
inferiores causas futura sunt
Sed in prescientia dei futura non sunt
Si autem ibi aliter futura sunt. po
tius futura sunt sicut ibi sunt
ubi prescit ille qui non potest
falli. Sic ergo factus est adam

nō sm̄ inferiores causas. qr
nō erat in rerū causis seminali
bus ut ita fieret. sed sm̄ supio
res. nō contra naturā opantes
qr in rerū causis naturalibus erat
ut ita posset fieri

De hoīs formati locacōe i se.
qui extra paradisū creatus. in pa
radisū positus ē. i q̄re ita fcm̄ sit

Homines aut ita formatū tulit
deus. ut scriptura docet. et posu
it in paradiso voluptatis quem
plantauerat a principio. Hic v
bis aperte moyses insinuat
q homo extra paradisū creatus
postmodū in paradiso sit positus
Quod ideo factū dr. qr nō erat
in eo pmāsurus. vel ut non
nature sed gracie. hoc assigna
retur. Intelligitur aut paradisus

localis et corporalis in quo homo
locatus est. Tres enim generales
de paradiso sententie sunt. Una
eorum qui corporaliter intelligi volunt tantum.
Alia eorum qui spiritualiter tantum. Tertia
eorum qui utroque modo paradisum acci-
piunt. Tertiam mihi placere fate-
or ut homo in corporali paradiso
sit positus. que ab illo principio
plantatus accipi potest. quo
terram omnem remotis aquis her-
bas et ligna producere iussit. Qui
et si presentis ecclesie vel future ty-
pum tenet. ad litteram tamen intelli-
gendum est esse locum amenis-
simum fructuosis arboribus mag-
num. et magno fonte fecundum.
quod dicimus a principio. an-
tiqua translatio dicit ad orientem

Unde uolunt in orientali parte
esse paradisum longo interiacente
spacio uel maris uel terre regi
onibus quas incolunt homines
secrete. et in alto situm usque ad lu
narem circulum pertingente. Unde
nec aque diluuii illuc peruenerunt.

De loco paradisi quantum ad con
tenta. que sunt ligna paradisi in
ter que erat lignum vite. et lig
num scientie boni uel mali.

In hoc autem paradiso erant ligna
diuisi generis. inter que unum
erat quod uocatum est lignum vite
Alterum uero scientie boni et mali.
lignum autem vite dictum est sicut
docet Beda et Strabus quia diuinitus
accepit hanc vim. ut qui ex
eius fructu comederet. corpus
eius stabili sanitate et perpetua.

soliditate firmaretur. nec ulla
infirmitate vel etatis imbecillita
te in deterius vel in occasum laberet.
Lignum autem sciencie boni et mali non
a natura hoc nomen accepit.
sed ab occasione rei postea secu
te. Arbor enim illa non erat mala.
sed scientie boni et mali ideo dicta est
quia post prohibicionem erat in illa trans
gressio futura. qua homo experi
endo disceret quid esset inter obe
diencie bonum et inter obediencie
malum. Non ergo de fructu qui
nasceretur inde positum est illud
nomen. sed de re transgressionem
secuta. Cognouit enim homo pri
usquam tangeret hoc lignum bonum
et malum. sed bonum per prudenciam
et experienciam. malum vero per pru

dencia tm̄. Quod etiā ꝑ experien
ciā nouit usurpato ligno vetito
qz ꝑ experienciā mali didicit quid
sit int' bonū obediencie ⁊ malū
inobediencie. Si vō primi pa-
rentes obedientes essent, nec ꝯ
preceptū peccassent. n̄ ideo
tm̄ minus diceretur lignū sciencie
boni ⁊ mali, qz ~~hoc~~ ex eius tactu
hoc accideret si usurparetur. A ligno
go homo ꝓhibitus est qd ma
lum nō erat, ut ipa ꝑcepti
ꝯseruacō bonū illi esset, trans-
gressio malū. Nec melius ꝯside
ratur quātum malum sit in o
bediencia qz hoc modo. cum
scz iō reus factus esse homo
intelligitur. qz ꝓhibitus rē tetigit
quā si n̄ ꝓhibitus tetigisset. nec

peccasset nec penā sensisset. Si
enī venenosā herbā prohibitus te-
tigeris. pena sequitur. et si nemo
prohibuisset, similiter sequeretur. Si etiā
prohibetur res tangi q̄ nō tāgē
ti tm̄ sed prohibēti obest. sicut
aliena pecunia. iō prohibitum
est peccatū. q̄ prohibēti est dam
nosum. Cum vō tangitur. quod
nec tangenti obest si nō prohibetur
nec cuilibet si tangatur. iō pro
hibetur. ut p se bonū obediencie
et malū inobediēcie mōstretur.
Sicut primus homo a re bona p
hibita. penā incurrit. ut non
ex re mala. sed ex inobediencia
pena esse monstretur. sic ex obe
diencia palma.

De formatōe corporis mulieris ex viō

Dis. decima octa

in cōparatione ad causam finalem

In eodem quoque paradiso mulierem
formauit deus de sbā viri sicut
post plātatum paradisum hoīemque
in eo positum et post uniuersa aīalia
ad eum ducta suisque nominibus designa
ta subnectit scriptura immisit deus
soporem in adam Cumque obdormis
set tulit unam de costis eius et for
mauit eam in mulierem Hic at
tendendum est quare non creauit
simul virum et mulierem sicut ange
los sed prius virum deinde mu
lierem de viro Ideo scz ut unum
esset generis humani principium
quatenus in hoc et superbia dya
boli confunderetur et hominis hu
militas dei similitudine sublima
retur Diabolus quippe aliud

a deo principium esse concupierat
Ideoque ut eius superbia retunderetur
hoc homo in munere accepit.
quod diabolus perverse rapere volu
it. sed obtinere non potuit. Et per
hoc imago dei in homine appa
ruit. quia deus omnibus rebus existit
principium creationis. ita homo omnibus
hominibus principium generationis
Ideo etiam ex uno homine omnes
esse voluit deus. ut dum cognosce
rent se ab uno esse omnes. se quasi
unum amarent. Cum autem
his de causis facta sit muli
er de viro. non de qualibet parte
corporis viri. sed de latere eius
formata est. ut ostenderetur. quia in
consortium creabatur dilectionis
Ne forte si fuisset de capite facta

viro ad dnationem videtur pferenda
Aut si de pedibus ad servitutem
subiicienda. Quia igitur viro nec
domina nec ancilla parabatur.
sed socia. nec de capite nec de
pedibus. sed de latere fuerat pro
ducenda. ut iuxta se ponenda co
gnosceret. quam de suo latere sumptam
didicisset. Non sine causa dor
mienti quoque viro. potius quam vi
gilanti detracta est costa de qua
mulier in adiutorium generationis
viro est formata. sed ut nullam
in eo sensisse penam monstraretur
Et divine sil potentie opus mi
rabile ostenderetur. que hominis
dormientis latus aperuit. nec
eum tamen a quiete soporis excita
uit. In quo etiam opere sacrum

Christi et ecclie figuratum est. quia
sicut mulier de latere viri dormi
entis formata est. ita ecclesia
exsacramentis que de latere christi
in cruce dormientis profluxerunt
s. sanguine et aqua quibus redimi
mur a penis atque abluimur a
culpis.

De formatione corporis mulieris ex
viro in comparatione ad causam materialem

Solet etiam queri utrum de illa co
sta sine adiectione rei extrinseca
facta sit mulier. Quod quibus
dam non placuit. Veterum. si ad
perficiendum corpus mulieris deus
extrinsecum augmentum addidisset.
maius illud esset quam ipsa costa.
Ideoque potius de illo addito quam de
ipsa costa mulier facta debet

dici. de quo plures accepisset
substancie partes. Restat ergo ut de
sola ipsius coste substancia sine omni
extrinseco additamento per divinam
potenciam in semetipsa multiplica
ta mulieris corpus factum dica
tur. eo sane miraculo quo post
ea de quinque panibus iesu ce
lesti benedictione multiplicatis
quinque milia hominum saciata sunt.

De formacione corporis mulieris
ex viro in comparacione ad causam efficientem.

Illud etiam sciri oportet. quod cum
angelorum ministerio facta sit mu
lieris formacio. non est eis tamen
tribuenda creacionis potencia.
Angeli enim nullam possunt crea
re naturam. ergo nec formare
costam in mulierem. nec carnis

supplementū in locū coste. nō
q̄ nihil agant ut aliquid cre
etur. sed nō ideo creatores sunt
sicut nec agricole segetū vl ar
borū. Solus deus .v. trinitas est
ffacta est ergo femina a deo. eci
am si costa ministrata sit p̄ angelos.

De formacōe corporis mulierū
ex viro i cōparacōe ad causam
formalem.

Sed queritur an racō quā deus
primis operibus cōcreavit. id habet
ut sm̄ ipam ex viri latere feminam
fieri necesse foret. an hoc tm̄
ut fieri posset. Ad quod sciendum
est. oīm rerū causas in deo ab eterno
esse. vt eīm hō sic fieret vl eq̄
ꝛ hmōi. in dei potencia ꝛ dispo
sicōe ab eterno fuit. Et he dicuntur
primordiales cause. qr istas alie

non precedunt. Sed iste alias que
sunt cause causarum. Cumque unum
sit divina potentia dispositio
sive voluntas. Ideo una omnium
principalis causa. Tamen propter effectus
diversos pluraliter dicit Aug. causas
primordiales omnium rerum in deo
esse. Inducens similitudinem
artificis in cuius dispositione est
qualis futura sit arca. Ideo in
deo uniuscuiusque rei future causa
precessit. In creaturis vero qua
rundam rerum sed non omnium cau
se sunt. ut ait Aug. Quia in
servit deus seminales rationes
rebus. sicut quas alia ex aliis
proveniunt. ut de hoc semine
tale granum. de hac arbore ta
lis fructus et huiusmodi. Et hec quoque

dicuntur primordiales cause. et
si non adeo proprie. quia habent
ante se causam eternam. que pro
prie et universaliter prima est.
Ille vero ad res aliquas dicuntur
prime que scilicet ex eis proveni
unt. Ideo etiam primordiales di
cuntur. quia in prima rerum con
dicione rebus a deo insite sunt. et
sicut creature mutabiles sunt. ita
et he cause mutari possunt. Que
autem immutabili deo causa est.
mutari non potest. Omnium ergo
rerum cause in deo sunt. Sed qua
rundam cause in deo sunt. et in cre
aturis. Quarundam cause in deo
tantum sunt. et illarum rerum cause di
cuntur abscondite in deo. quia
ita est in divina disposicione. ut

hoc vel illud fiat. quod non est
in seminali creature ratione. Et il
la quidem que secundum causam semi
nalem fiunt. dicuntur naturaliter
fieri. quia ita cursus nature ho
minibus innotuit. Alia vero preter na
turam. quorum cause tantum sunt in deo
Hec autem dicit Aug. esse illa que
per gratiam fiunt. vel ad eam signifi
canda non naturaliter sed mirabi
liter fiunt. Interque mulieris
facturam de costa viri ponit ita
dicens. Ut mulierem ita fieri ne
cesse foret. non in rebus conditum
Sed in deo absconditum erat. Omnis
creature cursus habet natura
les leges. super hunc naturalem
cursum creator habet apud
se posse de omnibus facere aliud

quam eorum naturalis ratio habet.
ut scilicet virga arida repente flore-
at fructum gignat. Et in iuventute
sterilis femina in senectute pa-
reat. ut asina loquatur et huiusmodi.
Dedit autem naturis ut ex his
etiam hec fieri possent. non ut in
naturali motu haberent. Habet ergo
deus in se ab absconditas quo-
rundam futurorum causas. quas
rebus conditis non inseruit. Le-
asque implet non opere prouidentie
quo nature subsistunt ut sint.
Sed quo illas administrat ut
uoluerit. quas ut uoluit condidit.
Omnium ergo que ad gratiam significan-
dam non naturali motu rerum sed
mirabiliter facta sunt. abscondi-
te cause in deo fuerunt. quorum

vnū erat. q̄ mulier facta est de
latere viri dormientis. Non ha
buit. p̄ma rerū cōdicō ut fēia
sic fieret. sed ut fieri posset
ne contra causas quas deus vo
luntarie instituit. mutabili vo
lūtate aliq̄d facere putaretur.

Ponit opinionē quorūdā
erroneā d' p̄ductōe aīe mlieris

Quēadmodū mlieris corpus
de viri corpore traductū fuit
Ita putauerūt aliqui ipius aīaz
de viri anima p̄pagatā. z oēs
animas preter p̄mā. de tradu
ce esse sicut corpora.

Subiungit aliā opiōez n̄ minus falsa

Alij aūt putauerunt simul
omēs aīas ab initio creatas.

Ponit vitatē Catholicam

Catholica aut ecclesia nec sil
nec ex traduce factas esse aias
docet. sed in corporibus. ꝑ coitu
seminatis atq formatis infundi.
et infundendo creari.

Falsitatem impugnat et con-
firmat veritatem auctoritate hie. et Aug.

Unde in ecclesiasticis dogmatibus
Animas hominum non esse ab initio
inter creaturas intellectuales
naturas. nec sil creatas (sicut
origenes fingit) dicimus. neq
in corporibus ꝑ coitu seminari
Sicut luciferiani et cyrillus et
quidam latinorum presumptores
affirmant. Sed dicimus corpus
tm. per coniugii copulam semi-
nari. creationem vero anime so-
lum creatorem nosse. Eiusq iudicio

corpus coagulari in vulva et com
pingi atque formari. ac forma
to iam corpore anima creari atque
infundi ut viuat in utero homo
ex anima constans et corpore.
et egrediatur viuus ex utero.
plenus humana substantia. Hiero.
etiam anathematis vinculo il
los condemnat. qui animas ex tra
duce dicunt. inducens auctorem
prophete Qui finxit sigillatim
corda eorum. hoc satis inquit
innuit propheta. quod non ipsam ani
mam de anima facit deus. sed
sigillatim animas de nichilo creat.

Determinat veritatem de primo
hominis statu ante peccatum scilicet qua
lis fuerit secundum corpus et secundum animam.

Solent queri plura de hominis
statu ante peccatum. scilicet qualis fuerit

homo priusq̄ peccaret. ⁊ in cor
pore ⁊ in aīa. mortalis an īmor
talis. passibilis an impassibil'
De termino inferioris vite ⁊ de trans
situ ad superiorem. de modo pro
pagacōis filiorū. ⁊ alia multa
que nō cōtiliter sciuntur. lz aliqn̄
curiose querātur. At prius qm̄
ad animi qualitatē ꝑtinencia
prosequamur. de qualitate eius
sm̄ corpus. ⁊ mō ꝓpagacōnis
filiorū. ⁊ de alijs quibusdam
inspiciamus. Primus ergo homo
sm̄ naturā corporis terreni. et
īmortalis fuit quodāmō sm̄ a
liquid. qr potuit nō mori. ⁊ mor
talis quodāmō. qr potuit mori.
In illo nāq̄ primo statu habu
it posse mori. ⁊ nō posse mori.

Et hec fuit prima humani corporis immortalitas scilicet posse non mori. In secundo vero statu post peccatum habuit posse mori et non posse non mori quia in hoc statu moriendi est necessitas. In tercio statu habebit posse non mori et non posse mori quia ad illum statum pertinet moriendi impossibilitas quod ex gratia erit non ex natura.

Explanat veritatem predictam

In primo statu fuit corpus hominis animale id est egens alimoniis ciborum. Unde et homo factus dicitur in animam viventem non spiritualem id est in animam corpus sensificantem quod adhuc erat animale non spirituale quod egebat cibis ut per animam viveret. Factus est ergo

in ammā viuentē .x. vitā corpi
dantem tn̄ p̄sustamēta ciborū.
Et tūc erat corpus mortale et
īmortale. q̄ poterat mori et pō
terat nō mori. Post pctm̄ vero
factū est mortuū. sic dicit Aplus
Corpus ꝓpter pctm̄ mortuū est
id est necessitatē moriendi in se
habet. In resurrectōe vō erit spū
ale. s. agile: et cibis non egens.
et īmortale. nō sicut in statu primo
fuit. s. q̄ possit nō mori. sed etiā
q̄ nō poterit mori. Vn̄ aug. sup
gen. Aplus ait. Corpus quidem
mortuū est ꝓpter pctm̄ etc. prius
de limo terre formatū est corpus
aīale. nō spūale. cū quali resur
gemus. Renouabitur enī a vetusta
te. nō in corpus aīale quale fuit.

dis. 19.

Sed in melius .i. spūale. Cū hoc
mortale induet īmortale in qd
mutandus erat adam nisi mor
tem corporis animalis peccando
meruisset. Non ait apls. corpus
mortale est ppter pctm sed mor
tuū. Illud enī an pctm morta
le et īmortale erat. qr poterat
et nō mori. Aliud aut est nō pos
se mori. Aliud posse nō mori. Nō
fctm est p pctm nō mortale
quod erat. Sed mortuū quod nō
fieret nisi peccaret. Aīale enī
nō est hoc corpus sicut primi
hominis fuit. sed iā deterius ē.
Habet enī necessitatē moriendi
Ecce hic euidēter apit Aug.
q corpus hominis an pctum
mortale et īmortale fuit. Sed

non qualiter fiet in resurrec
tione. de hoc eodem Beda super
gen. ait. Non est credendum ante
peccatum ita fuisse mortua corpora
sicut modo. Ait enim apostolus Corpus
propter peccatum mortuum est. sed licet
fuissent animalia nondum spiritualia.
non tamen mortua. que scilicet necesse
esset mori.

Movet determinandam quoque circa
immortalitatem. utrum immorta
litas quam habuit ante peccatum esset
de conditione nature an ex gratie beneficio.

Solet hic queri. cum homo primus
mortale et immortale corpus habu
erit. utrum ex conditione nature ipsius
corporis habuerit utrumque. an al
terum beneficium esset gratie scilicet immorta
litas. i. posse non mori. Ad quod
dici potest. quia alterum habebat in natura

corporis, i. posse mori. Alterum vero
s. posse non mori erat ei ex ligno
vite, s. ex dono gratie. Unde aug. super
gen. Quodammodo creatus est homo
immortalis, quod erat ei de ligno
vite, non de conditione nature. Mor
talis erat de conditione corporis
animalis, immortalis beneficio condito
ris. Non enim immortale erat quod omni
no mori non posset, quod non
erit nisi cum fuerit spirituale. Aperte
dicit quod non natura, sed ex ligno
vite habebat posse non mori. Propter
hoc aliqui dicunt quod nisi illo li
gno vite uteretur, non semper
viveret, quia peccaret. Peccaret
enim si illo ligno non uteretur.
Quia preceptum erat ei ut comede
ret de omni ligno paradisi, nisi de

ligno sciencie boni et mali. Sic
go peccauit comedendo quod erat
prohibitum. Ita etiam peccaret si non
comederet quod erat iussum.
Mouet aliam dubitacionem que
habet ortum ex illa. Vtrum si non
foret preceptum ut de illo ligno
comederet et aliis non illo ute
retur. an posset non mori. Et
determinat secundum opiniones diuersas.

Sed adhuc queritur si non esset pre
ceptum ut de ligno uite ederet.
et aliis et non illo uesceretur. numquid
posset non mori. Si semper uiueret
non vtens de ligno illo. non erat
ei ex illo ligno posse non mori. Si
vero non posset semper viuere. id erat
ei ex illo ligno posse. Aliqui di
cunt quod si non fuisset ei preceptum
vesci de illo ligno. et aliis et non
illo uesceretur. uiueret semper

Sic determinantes illud quod supra
dixit Aug. erat ei de ligno vite
non de condicione nature tantum. s. qua
si non ex condicione nature solummodo
erat ei. sed etiam ex illo ligno.
Aliis autem videtur quod ex ligno vite
erat ei posse non mori sed non ex
natura. Ideo enim dicitur potuisse
non mori. quia poterat uti illo
ligno de quo edens non more
retur. De hac vero hominis im
mortalitate qualis fuerit Aug
super gen. quoniam movens sic ait
Queritur quomodo immortalis factus
sit homo pre aliis animantibus
et quomodo cum illis communem acceperit ali
moniam. Sed alia est immortalitas
carnis quam in adam accepimus
alia quam in resurrectione speramus

per christum. Ille factus est homo
immortalis ut non posset mori. Si
non peccaret. Moreretur autem si
peccaret. Filii vero resurrectionis
nec poterunt ultra peccare nec
mori. Caro nostra non tunc egebit
refectione ciborum. quia nulla poterit
esse defectio. Caro ade ante pec
catum ita immortalis creata est.
ut per alimoniam adiuta esset mor
tis et doloris expers. Sic ergo immor
talis et incorruptibilis condita
est caro hominis. ut suam immor
talitatem et incorruptionem per obser
uanciam mandatorum dei custodi
ret. In quibus mandatis hoc con
tinebatur. ut de illis lignis
concessis manducaret. et ab in
terdicto abstineret. Per horum

edulium immortalitatis dona conser
uaret. donec corporalibus incre
mentis perductus ad etatem
que conditori placeret multiplica
ta progenie ipso iubente su
meret de ligno vite quo perfecte
immortalis factus cibi alimenta
ulterius non requireret. Ecce his
verbis videtur Augu. tradere
quod caro primi hominis immorta
litatem in se habuerit. quam per
alimoniam ciborum conseruaretur
usque ad tempus sue transla
cionis in melius. quando de ligno
vite comederet et fieret omnino
immortalis. Ita ut non posset mo
ri. Ideo aliqui dicunt quod immorta
litatem de natura habebat. qua
poterat non mori. quam aliorum lignorum

esu poterat conseruari. sed n̄
poterat consumari nisi ꝑ assū-
cionē ligni vite. Quod videtur
Aug. sentire sup̄ Gen. dicens.
Hoc q̄ addo. talem cibū illā ar
borem prestitisse. quo corpꝰ ho
minis stabili sanitate firmare-
tur. nō sicut ex alio cibo. sed
inspiracōe salubritatis occulta
Hic immere videtur. q̄ cū alijs
cibis posset corpus sustentari
Hoc cibo indeficiente sanitate
firmaretur. Ex quo ꝯsequi vide
tur. q̄ sic̄ in natura sua habu
it mortalitatē quādam scz apti
tudinē moriendi. ~~qua po~~ Ita a
liquā mortalitatē in natura
sua habuit. idest aptitudinem
qua poterat nō mori. cibis

adiutus. sed si prestitisset immor
talitatis perfectio esset ei de ligno
vite. Sed qui hoc tradunt. quo
superiora verba Aug. quibus dicit
quod erat immortalis ex ligno vite
huic sentencie non contradicant di
ligenter inquirant.

Determinat de modo procreacionis filiorum si non peccassent primi parentes et quales nascerentur filii:

Post hec videndum est qualiter
primi parentes si non peccas
sent filios procreassent et qua
les ipsi filii nascerentur. Quidam
putant ad gignendos filios
primos homines in paradiso mi
sceri non potuisse nisi post peccatum
dicentes concubitum sine corrup
tione vel macula non posse fieri
Sed ante peccatum nec corruptio

nec macula in hoīe esse pote
rat / quoniā ex pcto hec cōsecu
ta sunt / Ad quod dicendum est / q̄ si
nō peccassent p̄mi hoīes / sine
omni pcto et macula in paradiso
carnali copula cōuenissent / et
esset ibi thorus immaculatus / et
cōmixtio sine cōcupiscentia / atq̄
genitalibus membris sicut ceteris
imperarent / ut ibi nullum motum
illicitū sentirent / et sicut alia mē
bra corporis aliis admonemus
ut manū ori / sine ardore libidi
nis / ita genitalibus uterentur
membris / sine aliquo pruritu
carnis / hec enim letalis egritudo /
membris humanis ex peccato
inhesit / Genuissent itaq̄ fili
os in paradiso per coitum /

Unde Aug9 sup ge

immaculatum a sine corruptione. Cur
non credamus primos homines ante
peccatum genitalibus membris ad
procreationem imperasse potuisse
Sicut ceteris in quolibet opere
sine voluptatis pruritu utuntur
Incredibile enim non est deum talia
fecisse illa corpora ut si non pec
cassent illis membris sicut pedi
bus imparent nec cum ardore
seminarent vel cum dolore pa
rerent. sed post peccatum motus
illum meruerunt quem nuptie or
dinant. continentia cohibet
Infirmitas enim prona in ruinam tur
pitudinis. excipitur honestate
nuptiali. A quod sanis est offici
um. egrotis est remedium. Emis
si quidem de paradiso convenerunt

et genuerunt. sed potuerunt in
paradiso eis esse nuptie honora
biles et thorus immaculatus. sine
ardore libidinis. sine labore pa
riendi.

Quare in paradiso non coierunt
duobus modis soluit.

Lux ergo non coierunt in paradiso /
quia creata muliere mox transgres
sio facta est / et eiecti sunt de pa
diso. vel quia nondum deus iusse
rat ut coirent. et poterat diuina
expectari autoritas ubi concu
piscentia non angebat / Deus
vero non iusserat. quia casum eorum
presciebat. de quibus homo
propagandus erat / Ecce expre
se habes de modo propagationis
filiorum.

Determinat de tempore translationis

Ad xx

Vtrū natis filijs ꝑ successi-
ones an sil' oēs tñsferendi eent.

Determinō vō tpis quo tñsferrētur
ad spūalem celestemq; vitā / certū
aliquid scriptura non tradit. Et
iō ambiguū est vtrū parentes
genitis filijs. ꝑfectaq; huma
ni officij iustitia. ad meliorē
statū trāsferretur nō ꝑ mortem
sed per aliquā mutacōēz / an
prēs in aliquo statu vite rema
nerēt ligno vite vtentes / do
nec filij ad eundē statū perue
nirent. et sic impleto numero
oēs sil ad meliora tñsferrentur
vt essent sicut sancti angeli in
celis. De quo Aug. ambigue
disserit sup Gen. ita inquiēs
Potuerūt primi hoīes i paradiso

filios gignere, ut non morientibus
patribus succederent filii. sed in
aliquo forme statu manentibus
et de ligno vite vigorem sumen-
tibus. et filii ad eundem perducerentur
statum. donec impleto numero si-
ne morte animalia corpora in aliam
qualitatem transirent. in qua omnino
regenti spiritui deseruirent et solo
spiritu uiuificante sine corporeis
alimentis viuerent. Vel potuerunt
parentes filiis cedere. ut per
successionem numerus impleretur
Qui genitis filiis. perfectaque hu-
mani officii iusticia. ad meliora
transferentur. non per mortem sed per
aliquam mutationem. Ecce hic habe-
mus de transitu hominis ad me-
liora. sed incertum nobis reliquit

dis. xx

utrum sil transferantur an per successiones

Determinat quales nascerentur filii quantum ad corpus utrum perfectionem stature et usum membrorum habentes qualis homo primus fuit conditus.

Si vero queritur quales si non peccasset homo filios genuisset utrum videlicet sicut ipse primus homo secundum staturam corporis et usus membrorum perfectus mox conditus extitit. ita etiam eius filii in ipso nativitatis exordio perfecti existerent qui ambulare et loqui et cuncta facere possent. Responderi potest quod filios parvulos nasci oportebat propter materiam uteri necessitatem. Sed utrum mox nati perfectionem stature et membrorum usum haberent.

An parvuli et in minori etate constituti uti possent membrorum officiis.

an per intervalla tpm. eo mo
quo nunc fit / pfectoem statuere et
usum membrorum recepturi eent /
de autoribus diffinitum no habemus
Ambigua Augustini verba
ponit. ubi tn videtur innuere
q felix apuli pnt mebrorum uti offi.
Et sup hoc Aug. ambigue loquitur
Movet nos inquit / si primi homines n
peccassent / utrum tales filios ha
bituri qui nec lingua. nec ma
nibus. nec pedibus uterentur
Nam propter uteri necessitate
forte necesse erat pvulos nasci //
Sed qsnis exigua pars corporis
sit costa. no propter hoc par
vulam / viro coniugem fecit / vn et
eius filios poterat oipotentia
creatoris / mox natos grandes
facere. Sed ut hoc omittam.

poterat certe eis prestare quod
multis animalibus prestitit. quo
rum pulli quamvis sint parvuli.
tamen mox ut nascuntur currunt
et matrem sequuntur. Econtra. ho
mini nato nec ad incessum pedes
ydonei sunt. nec manus saltem
ad scalpendum habiles. et iuxta
se ~~magnis~~ positis nascentes
magis possunt esurientes flere
quam sugere. proprieque infirmita
ti mentis congruit hec infirmi
tas carnis. Hiis verbis videtur
insinuari quod filii etiam parvuli
officiis membrorum valerent uti.
Quibusdam non absurde pla
cuit quod filii parvi nascerentur
et per accessum temporis in statu
ra et in aliis sicut nunc proficerent
quod non esset vicio imputandum.

Sed cum aug. sub assertione de

his mil tradat. nō irrōnabilr̄
quibusdam placuit primorum
parentū filios nascituros par-
uos. ac deinde ꝑ intualla tem
porꝝ eadem lege qua ꝛ nūc na
tiuitatē humanā ordinatā cer
nimus. statuere incrementū ꝛ mē
brorū usum recepturos. vt
in illis expectaretur etas ad am
bulandū ꝛ loquēdū sic mō in
nobis. quod vtiq; nō esset vicio
imputandū. sed cōdicōi nature
Sicut a cibo abstinere penitus
nō valebant. nec tn̄ illud e-
rat ex vicio. sed ex nā cōdicōis
Oppositō quorūdā uolenciū
probare eos posse viuere
sine alimonia.

Ad hoc aūt opponitur ita. Si
nō peccarēt. nō morerentur.

Sed nō peccarent si nō come
derent Poterant igr̄ sine ali
monia viuere. Ceterū sicut supra
diximus nō solū peccarent si de
ligno vetito ederent. sed etiā si
concessis nō uterentur. qr sicut
erat eis preceptū non illo uti.
ita aliis vesci. preterea cōtra na
turalem rōnem facerent qua in
telligebant de illis esse eddendū
quod a naturali appetebant.
Item opponitur. Cū fames sit
pena peccati. si nō peccarent
famē nō sentirent. sed sine fa
me superfluū videretur comedere
Vn̄ putant eos cibis quidā nō
indiguisse ante pctm̄. qr non
poterant esurire si nō peccassent
Ad quod dici potest. qd fames

vere defectus est pena pcti. Est
enim immoderatus appetitus edendi
cui non subiacuisset homo si non
peccasset. sed procul dubio pec
caret nisi hunc defectum cibo pre
veniret. Habebat enim naturalem
appetitum et moderatum cui ita satis
faciendum erat ne defectum famis
sentiret. Sicut ergo non ex vicio sed ex
nature condicione erat quod ante pec
catum homo cibis indigebat.
Ita non ex vicio esset sed de natura
Si hominis condicio in principio suo
in primo parente a perfecto
inchoata in subsequenti propaga
cione a modico ad maiora profi
ceret. ut scilicet per intervalla temporis
stature corporee incrementa v
sumque membrorum susciperet.

Quales nascerentur filij quantum ad animam vtrum sicut statura corporis ita etiam sensu mentis paruuli nascerentur. et per accessum temporis proficerent sensu et notitia veritatis an scilicet mox nati in his essent perfecti.

Et cum de corpore humano non sit absurdum vel inconueniens hoc existimare. queri solet. vtrum de sensu anime et cognitione veritatis. eodem modo sentiendum sit. ut scilicet hi qui sine peccato nascerentur sensu et intelligentia mentis imperfecti existerent. et per accessum temporis in his proficerent. usque ad perfectionem. an mox conditi perfectionem sensus et cognitionis perciperent. Illi qui sentiunt paruulos natos in statura corporis et vsu membrorum per accessum temporis profectuos

Non diffitentur eosdem in exor
dio natiuitatis sensu imperfectos
existere. et per interuallum temporis
in sensu et cognitione proficere us
que ad perfectum.

Contra illorum sententiam opponunt quidam

Ad quod quidam opponunt dicentes
Si mox nati non haberent perfec
tionem sensus et intelligentie ig
norantia in eis esset. ignoran
tia autem peccati est pena. Sed qui
hoc dicunt non satis diligenter
considerant. quia non omnis qui aliquid
nescit uel minus perfecte aliquid
scit. statim ignorantiam habere
siue in ignorantia esse dicendus
est. quia ignorantia non dicitur
nisi cum id quod sciri et non igno
rari debet nescitur. Talisque

Dd xx

ignorancia pena pcti est / cum
mens vicio obscuratur. ne cog
scere valeat ea q̄ scire deberet.
De hominis tr̄slacōe in me
liorem statū: ⁊ de duobꝫ bonis
altero hic dato. altero pmisso
Talis erat hoīs institucō aūt
pctm sm corporis cōdicōnem.
De hoc aūt statu tr̄sferendus
erat / cū vniūsa posteritate su
a ad meliorē digniorēq; statū.
Vbi celesti ⁊ eterno bono in celis
sibi parato frueretur / Sicut
eīm ex duplici natura com
pactus est homo / ita illi duo
bona conditor a pn̄cipio pp̄a
ravit / vnū temporale. alterū
eternū / vnū visibile. alterum
invisibile / vnū carni. alterū
spiritui / Et qz primū est qd'

est animale / deinde quod est spi-
rituale / temporale ac visibile
bonum prius dedit / invisibile autem
et eternum promisit. et meritis que-
rendum proposuit / Ad illius autem
custodiam quod dederat / et ad
illud promerendum quod promi-
serat / naturali rationi in crea-
tione anime hominis indite / quod
poterat inter bonum et malum
discernere / preceptum addidit o-
bedientie / per cuius observantiam
datum non perderet / et promis-
sum obtineret / ut per meritum
veniret ad premium.

Determinat de temptatione primi
hominis quantum ad motivum

Videns igitur diabolus hominem
per obedientie humilitatem posse
ascendere / unde ipse per superbiam

corruerat invidit ei. Et quia prius
per superbiam fuerat, id est deorsum
lapsus, zelo invidie factus est
sathan, id est adversarius. Unde
a mulierem tentavit in qua minus
quam in viro racionem vigere no
vit. Eius enim malicia ad tem
tandum virtutem timida, humana
naturam in ea parte ubi de
bilior videbatur aggressa est.
Ut si forte illic aliquatenus
prevaleret, postmodum fiduci
alius ad alteram (que robusti
or fuit) pulsandam, vel potius
subvertendam accederet. Primum
ergo solitariam feminam explora
vit, ut in ea primum omnem sue
tentacionis vim experiretur.

Determinat de tentacione
primi hominis quantum

Ad instrumentum.

Sed quia illi per violenciam
nocere non poterat. ad fraudē
se cōuertit. ut dolo hominē
supplātaret. quē virtute supa
re nequiret. ne aūt fraus illius
minis manifestaretur. in sua
specie nō venit. ne aperte cog
nosceretur. et ita repelleretur.
Iterum ne minis occulta foret fraus
eius que caueri nō posset. et hō
simul videretur iniuriā pati
si taliter circūueniri permitteret eū
deus eū. ut precauere non
posset. in aliena quidem for
ma venire permissus ē diabolus. sz
in tali in qua eius malicia fa
cile posset deprehendi. Ut ergo in
propria forma nō venieret. uolūtate

sua propria factū est. Ut aūt
in forma sue malicie cōgruēti
veniret diminutus factū est.
Venit ergo ad homiēm in serpēte
Qui forte si permitteretur in
columbe specie venire maluis-
set. Sed nō erat dignū ut spūs
malignus illā formā homini
odiosam faceret. In qua spūs
sctus apparitur erat. Non ergo
nisi p serpentē temptare per
missus fuit diabolus. ut per
illud quod foris erat. astuci
am tēptantis animaduertere
femina quiret. Dyabolus eni
per serpentē temptabat. in quo
loquebatur. Ideo serpens dictus
est esse callidior cunctis aīan
tibus terre. Quia ut ait Aug.

Mali angeli licet superbia deiecti
Natura tamen sunt excellenciores
omnibus bestiis propter eminenciam
rationis. Quamvis serpens non rationali
anima sed spiritu diabolico possit sa
pientissimus dici. Non est ergo mi
rum si diabolus spiritu suo implens
serpentem sicut vates implebat
sapientissimum reddiderat omnium
bestiarum. Quem tamen ad temptan
dum non elegit diabolus sed
per quod animal permissus fuit tem
ptavit. Unde Aug. super Gen. Non
est putandum quod diabolus serpentem
per quem temptaret elegerit. Sed
cum decipere cuperet non potuit. ni
si per quod animal posse permissus
est. Nocendi enim voluntas inest
cuique a se. Sed potestas a deo. Sic

aut loquebatur diabolus per
serpentem ignorantem. sic per ener
guminos vel per phanaticos loquitur
Serpentes enim velut organo est
usus. movens naturam eius ad ex
perimendum sonos verborum et signa
quibus suam monstraret volunta
tem. Serpens ergo nec verba in
telligebat. nec rationalis est factus
Callidissimus tamen est dictus
propter astuciam diaboli. Locutus
est autem sicut asina balaam. sed
hoc diabolicum. illud angelicum
fuit. boni enim et mali angeli
similiter operantur. Hic queri solet
quare mulier non horruit ser
pentem. Quia cum noverit creatum
esse ipsum etiam officium loquendi
a deo accepisse putavit

11 Determinat de temptacione primi hominis quantum ad progressum vel temptacionis modum

Temptacio autem hoc modo facta est. Stans coram femina hostis superbus non audet in verba persuasionis exire metuens deprehendi. Sed sub interrogacione eam aggreditur. Ut ex responsione colligeret qualiter in malicia procedere posset. Cur inquit precepit nobis deus ut non comederetis de ligno paradisi. Cui respondit mulier. De fructu lignorum que sunt in paradiso vescimur. De fructu vero ligni quod est in medio paradisi precepit nobis deus ne comederemus. Ne tangeremus. Ne forte moriamur. In quo verbo dedit locum temptandi cum dixit ne forte

moriamur. Unde mox diabolus
dixit ad mulierem. Nequaquam mo
riemini. Scit enim deus quod in quocum
que die comederetis ex eo. aperi
entur oculi vestri. et eritis sicut
dii scientes bonum et malum. Atten
de ordinem ac progressum huma
ne perditionis. Primo deus dixerat
Quocumque die comederitis ex eo
morte moriemini. Deinde muli
er dixit. Ne forte moriamur.
Novissime serpens dixit. nequa
quam moriemini. Deus affirmat
mulier quasi ambigendo illud
dixit. Diabolus negavit. Que
go dubitavit ab affirmante re
cessit. Et neganti appropinquavit.

Qui ad suam persuasionem ple
niter sufficiendam ut malum
quod intendebat libere persuade
ret et malum quod mulier timuit
negando removit et repromissi
onem addidit. Et ut eius persuasi
o citius reciperetur promissionem
duplicavit. Unam nempe come
stionem suadens duo in premium
proposuit similitudinem dei.
scientiamque boni et mali spondens
Ubi tribus modis homines tempta
vit scilicet gula in persuasione cibi
cum dixit In quocumque die come
deritis. Inani gloria in pro
missione deitatis cum dixit.
Eritis sicut dii. Avaricia. in
promissione ~~deitatis~~ scientie cum dixit
scientes bonum et malum. Gula

est inmoderata cibi auiditas.

Vana gloria amor proprie excel
lencie. Auaricia inmoderata cu
piditas. que nō est tm̄ pecu
nie. sed etiā altitudinis et sciē
cū supra modū sublimitas am
bitur.

Decerimāt generales mōs
tēptandi qui duo sunt.

Porro sciendū est duas esse spēs
tēptacōis. interiorē scz et exterio
rem. Exterior tētacō est qndo
nobis extrinsecus malū visibilr̄
suggeritur verbo vel signo ali
quo. ut ille cui fit. ad cōsensū
pcti declinet. et talis tēptacio
tm̄ fit ab adūsario. Interior vō
tēptacio est. qn̄ invisibiliter
malū nobis intrinsecus suggeritur
Et hec tētacio aliqn̄ fit ab hoste

Aliquando a carne. Nam et dyabo
invisibiliter mala suggerit. Et
ex carnis corruptione suboritur
motus illicitus et titillatio prava
Ideoque temptatio que fit ex carne
non est sine peccato. Que autem est
ab hoste nisi ei consentiatur non
habet peccatum. Sed est materia ex
excende virtutis. Temptatio
autem carnis interior difficilius
vincitur quia interius oppugnans
de nostro contra nos roboratur.
Concludit propter temptationem
preambulam remissibilitatem humani
peccati.
Homo ergo qui sola exte-
teriori temptatione pulsatus
cecidit tanto gravius plectendus
erat quanto leviori impulsu
fuerat prostratus. Et tamen
quia aliquam licet modicam cadendi

occasionē habuit. id circo per
dei grām iuuari potuit ad veniā
ut qui per aliū ceciderat. p aliū
erigeretur. Qui ergo incitacōem
habuit ad malū. nō iniuste re
paratorē habuit ad bonū. Diabo
lus vō qz sine alicuius tēptacōe
peccauit. per aliū ut surgeret
iuuari nō debuit. nec p se po
tuit. Et ideo irremediabile pctm
eius extitit. pctm vero hominis
sicut p aliū habuit inicium
ita p aliū nō incōgrue habuit
remediū. Preterea angelica
natura. qm nō tota perierat
Sed ex pte perstiterat nō est
redempta. humana vō tota
perierat. Et ideo ne penitus per
deretur. ex parte est redēpta

Ut inde ruina suppleretur an
gelica. Unde Aug. in enchi. pla
cuit universitatis creatori et mode
ratori, ut quoniam non tota multitudo
angelorum deum deserendo perierat
ea que perierat in perpetua per
dicione remaneret. Que autem cum
deo illa deserente perstiterat
de sua certissime cognita semper
felicitate gauderet. At vero creatu
ra rationalis que in hominibus erat
quoniam peccatis atque suppliciis tota pe
rierat, ex parte poterat repa
ri. Unde angelice societati sup
pleretur quod ruina illa minue
rat. Hoc enim promissum est sanctis
quod erunt equales angelis dei.

Illud etiam notandum est quod non so
li viro preceptum videtur esse

datū cū ipa mulier testatur sibi
etiā esse mandatū dicens. Pre
cepit nobis deus etc. Supra tn
legitur ante factā mulierem
deū dixisse viro. De ligno sci
entie boni et mali ne comedas
tis. Non dixit. ne comedatis
fforte qr facturus erat mulierem
de viro. sic precepit. ut per
virū ad mulierem perveniret mā
datū. quia mulier que subiecta
viro fuit. nō nisi mediante
viro divinū debuit accipere
preceptū. Unde apls. Si quid di
scere voluerint. domi viros su
interrogent. Si queritur quomō
loqui potuerūt vel loquentē in
telligere qui nō didicerant inter
loquentes crescendo vel magi

sterio. dicimus quod deus eos tales
fecerat qui possent loqui et discere
ab aliis si essent.

Determinat veritatem de genere primi peccati generaliter.

Dis xxii

Hic videtur diligenter investi-
gandum esse quae fuerit origo et ra-
dix illius peccati. Quidam putant
quandam elationem in animo hominis
praecessisse ex qua diaboli sug-
gestioni consensit. Quod videtur
aug. innuere super gen. ita in-
quiens. Non est putandum quod
homo deiceretur nisi praecessisset
in eo quedam elatio comprimenda
ut per humilitatem peccati sciret
quam falso de se presumserit. Et quod
non bene se habet natura si a facien-
te recesserit. Item in eodem. Quo
verbis temptatoris crederet mulier.

deū se a re bona ⁊ vtili prohi-
buisse. nisi inesset eius menti
amor ille proprie ꝑtatis. ⁊ de
se superba presumcio. que ꝑ tem-
ptacionem fuerat convincenda
aut ꝑimenda. deniq; nō coten-
ta suasione serpentis aspexit
lignū bonū esu. decor aspectu
nec credens se inde posse mori
forte putavit deū alicuius cā
significacionis illa illa dixisse.
ideo manducavit. ⁊ dedit viro
suo fortassis cū aliqua suasione
quā scriptura intelligendam
reliquit. vel forte nō fuit sua-
deri necē. cū eam mortuā esse
illo tibo nō videret vir. Sicut
ergo nō est ꝑmissus dyabolus tē-
ptare feminā nisi per serpentē

Ita nec virum nisi per feminam.
Ut sicut preceptum dei per virum
venit ad mulierem. Ita diaboli
tentatio per mulierem transiret ad
virum. In muliere vero que rationa
lis erat non ipse est locutus ut
in serpente. Sed persuasio eius.
Quamvis instinctu adiuvaret interius
quod per serpentem gerebat exterius.
Ex predictis temptationis modus atque
progressus insinuatur. Nec non
etiam quod prediximus innuitur vide
tur. s. quod tentationem precesserat
aliqua elatio i. presumptio in men
te hominis.
Removet dubitationem an e
latio precesserit in mente hominis.
Quod si ita fuit. Non ergo al
terius suggestione prius peccavit
cum autoritas tradat ideo peccatum

diaboli incurabile esse. Quia non
suggestione sed propria superbia
cecidit. Hominis vero curabile. quia
non per se sed per alium cecidit. Et
ideo per alium resurgere potuit. Quo
circa predicta verba Augustini. Puiz
ac diligentem lectorem efflagitant
Que sic intelligere sane quimus.
Non deiceretur homo in actum illius
peccati. ut scilicet lignum vetitum ederet.
Et in has miserias per tentationem
diaboli. nisi elatio comprimenda
precessisset. Non utique
temptationem sed opus peccati. Ta
lis enim fuit ordinis processus
Dyabolus temptando dixit. Si co
mederitis eritis sicut Dii scientes
bonum et malum. Quo audito statim
menti mulieris surrepsit elatio.

quedam a amor proprie pta
tis. ex quo placuit ei facere qd
diabolus suadebat. et utiq; fecit.
Suggestione igitur peccauit. qr
temptacio precessit. ex qua in mente
eius orta est elacio. quam peccatum
operis secutum est. et pena peccati.

Determinat vitate de genere pcti viri et mulieris spaliter.

Et talis quidem elacio in mente
mulieris fuit pro certo. qua cre
didit et voluit habere similitudi
nem dei. cum equalitate quadam
putans esse verum quod diabolus
dicebat. Et ideo spaliter mulierem
comemorat Augus inquiens.
quomodo crederet mulier diabolo
nisi esset in mente eius superba
presumptio. Et quod ibi sequitur
scz que per temptacionem fuerat

convincenda vel perimenda

Ad mulierē referendū est / ut in-
telligatur que mulier / nō elacio /
fuerat per temptacōem ꝛc.

Remouet dubitacōem / que fu-
it elacio viri. an crediderit
vel voluerit quod mulier

Solet queri / vtrū illa talis ela-
cio / a amor proprie ptatis in vi-
ro fuerit sic in muliere / Ad quod
dicimus / qr adam nō fuit seductus
eo mō quo mulier / nō enim puta-
uit esse verū quod diabolus sug-
gerebat / in eo tamen fuisse sedu-
ctus credi potest / qr cōmissū ve-
niale putauerit / quod peremptori-
um erat / Sed nec prior seductus
fuit / nec in eo / in quo mulier.
ut crederet deū illud lignum
ideo tangere prohibuisse / quoniā

si tangerent fierent sicut dii.
Ver tamen preuaricator fuit adam
ut testatur apostolus. Poterat enim ali
qua elacio menti eius in esse illi
co post temptacionem. Ex qua uoluit
lignum vetitum experiri. Cum mulie
rem non videret mortuam esca illa
percepta. Unde Aug. super Gen.
Cum apostolus adam preuarica
torem fuisse ostendit dicens. In
similitudinem preuaricacionis ade.
seductum tamen negat ubi ait Adam
non est seductus sed mulier.
Unde et interrogatus non ait. Mu
lier seduxit. sed dedit mihi et co
medi. Mulier vero dixit. Serpens
me seduxit. Hanc autem seducto
nem proprie uocauit apostolus per
quam id quod suadebatur cum

falsum esset verū putatū est
s. q deus lignū illud ideo tangere
prohibuerit qr sciebat eos si teti
gissent sicut futuros deos tanqm
eis diuinitatē inuideret qui eos
homines fecerat Sed et si virū
propt aliquā mentis elacōnē
que deū latere nō poterat sol
licitauit aliqua experiendi cupi
ditas cū mulierem videret acce
pta illa esca nō esse mortuam
Nec tn eū arbitror (si iā spūa
li predita erat) ullo mō credi
disse quod diabolus suggerebat
Determinat veritatē quis eorū
peccauerit magis grauiter
Ex quo manifeste amāduerti pt
quis eorū plus peccauerit adam
s. uel eua plus enim videtur peccas
se mulier q̄ uoluit vsurpare di

minutatis equalitatē ꝛ nimia p̄-
sumptione elata credidit ita esse
futurū. Adam vero nec illud cre-
didit ꝛ de pnīa ꝛ dei misericordi-
a cogitavit. dū vxori morē ge-
rens eius persuasioni consensit.
nolens eā contristari ꝛ a se alie-
natā relinquere ne periret. ar-
bitratus illud esse veniale non
mortale delictū. Vn̄ aug. Apostolus
ait. adam nō est seductus. Quod
vtiq; ita accipi potest. ut intel-
ligatur nō esse seductus prior
s. vt in eo in quo mulier. ut s.
crederet illud esse verū. eritis
sicut dij. sz putavit vtrūq; posse
fieri. ut vxori morē gereret. ꝛ
ꝑ penitēciā veniā haberet. Mig-
go peccavit q̄ de pnīa ꝛ dei mīa

cogitauit. Postquam enim mulier
seducta manducauit, eique dedit
ut simul ederent, noluit eam contri-
stari quam credebat sine suo sola
commoriturum contabescere, et a se alienatam
omnino interire. Non quidem car-
nali victus concupiscentia, quam
non dum senserat, sed amica-
bili quadam beniuolentia, qua plerum-
que fit, ut offendatur deus, ne
offendatur amicus, quod eum facere
non debuisse, diuine sententie in-
stus exitus indicauit. Ergo alio
quodammodo ipse etiam deceptus
est. Nec expertus enim diuine seue-
ritatis in eo falli potuit, ut
veniale crederet esse commissum.
Sed dolo illo serpentino quo
mulier seducta est, nullo modo

arbitror illum potuisse seduci.

Ex his datur intelligi quod muli
er plus peccauerit. in qua ma
ioris tumoris presumptio fuit. quod
etiam in se et in proximum et in deum
peccauit. vir autem tantum in se
et in deum. Unde etiam colligitur quod mu
lier plus peccauerit. quia grauius
punita est. cui dictum fuit in
dolore paries filios. etc.

Remouet dubitacionem ortam
ex verbis aug. quibus predicte
sentencie aduersari videtur

Sed hinc videtur contrarium
quod aug. super gen. de viro et
muliere peccatum suum excusanti
bus ait Dixit adam. mulier
quam dedisti michi dedit mihi de
ligno et comedi. non dicit pecca
ui. Superbia enim habet confusionis.

deformitatē. nō confessionis
humilitatē. Nec etiā mulier
confitetur pctm̄. sed refert in al
terū dicens. Serpens decepit
me ⁊ comedi. in impari sexu. sz
pari fastu. Ecce hic dicit Aug.
qz parē fastū habuit mulier
cū viro. pariter ergo superbierūt
⁊ pariter peccauerunt.
Sed hoc ita determinari pōt. vt
dicamus parē vtriusq; fuisse fa
stum in excusacōe peccati. et
etiā in esu ligni vetiti. sed di
sparem ⁊ in muliere. multo ma
iorē in eo q̄ credidit ⁊ voluit
esse sicut deus. quod nō vir
Verū ⁊ de viro legitur. q̄ vo
luit esse sic deus. Dicit enim
Aug. sup illū locum psalmi

et e in glo.

Que nō rapui tūc exoluebam
Rapuit adam et eua p̄sumens
ut diabolus de diuinitate rapere
uoluerūt diuinitatē et perdide
runt felicitatem Item sup̄ illū
ps 10 et ecc e in glo.
locū Deus quis similis Qui
per se uolt esse ut deus. puer
se uolt esse simil' deo. ut diabo
lus qui noluit subesse. A homo
qui ut seruus noluit teneri pre
cepto. sed uoluit ut nullo sibi do
minante esset quasi deus. Item
ad phil 4 et e in glo.
sup̄ illum eplē locū Non rapinā
arbitratus est se esse equalē deo
qz nō usurpauit quod suū non
usurpauit
esset. ut dyabolus et primus
homo. Ideo quibusdā videtur q
grumpuerit
etiā adam ambierit esse sicut
Deus. non tamen credidit id

fieri posse. Et ideo falsum esse quod
diabolus promittebat cognouit.
Et licet diuinitatis equalitatem
concupierit, non tamen adeo ex
arsit. Nec tanta est affectus am-
bicione sicut mulier que illud
fieri posse putauit. Et ideo ma
gis illud ambiendo superbiuit.
Verum autem aliqua forte ambi
cionis surreptio mouit. sed non
ita vt illud verum vel possibile
fore putaret. Aliis autem videtur
ideo dictum esse quod adam illud uo
luerit. quia mulier de eo sumpta
illud uoluit. sicut inquiunt. pec
catum dicitur per vnum hominem in
trasse in mundum. id est in hu
manam naturam. Cum tamen muli
er ante virum peccauerit. quia

per mulierem intrauerit de vi
ro factam. Vel potius ideo per homi
nem dicitur intrasse. quia etiam peccan
te muliere si vir non peccasset.
humanum genus minime peccatis
corruptum periret. Minus ergo pec
cauit vir quam mulier.

Inquirit utrum peccatum illud
ex ignorantia processerit. i
an per eam habeat excusari.

Hic autem opponi solet hoc modo
tribus modis (ut Isidorus ait)
peccatum geritur. s. ignorantia
infirmitate. industria. Et grauius
est infirmitate peccare quam ignoran
tia. grauiusque industria quam infir
mitate. Eua autem videtur ex igno
rantia peccasse. quia seducta fuit
Adam vero ex industria. quia non
fuit seductus. ut apostolus ait. Ad

quod dicimus quia licet eua in hoc
per ignorantiam deliquerit. Op
putauit verum esse quod diabo
lus suadebat. non tamen in hoc. quin
nouerit illud dei esse mandatum
a peccatum esse contra agere. Et ideo
excusari a peccato per ignoran
tiam non potuit. Est enim igno
rantia que excusat peccantem
Et est ignorantia talis que non
excusat. Est autem ignorantia vin
cibilis. et ignorantia inuincibilis
Excusatio omnis tollitur. ubi man
datum non ignoratur. Est autem ig
norantia triplex. et eorum scilicet qui sci
re nolunt cum possint. que non
excusat. et est pena peccati non peccatum
Et eorum qui quasi simpliciter
nesciunt non renuentes vel proponentes

scire. que neminē plene excusat
Sed sic fortasse ut minus puni-
atur. Unde aug. ad valentinum. Eis
auferetur excusacio qui mandata
dei noverunt quam solent habere
homines de ignorancia. Et licet
gravius sit peccare scienter quam
nescienter. non ideo tamen confugiendum
est ad ignorancie tenebras
ut in eis quisquam excusacionem
requirat. Aliud est enim nescisse
aliud scire noluisse. quia in eis qui
intelligere noluerunt ipsa igno-
rancia peccatum est. In eis vero qui
non potuerunt pena peccati. Igno-
rancia vero que non est eorum qui
scire nolunt. sed qui tamquam sim-
pliciter nesciunt. nullum sic excu-
sat. ut eterno igne non ardeat.

Sed fortasse vt minus ardeat.
Non igitur mulier excusacionem ha-
buit de ignorancia / cum et man-
datum nouerit. et peccatum esse secus
agere non ignorauerit.

Queritur vnde processerit
primi peccati malicia cum natura
hominis esset incorrupta.

Solet etiam queri / cum sine vicio
esset natura hominis / vnde consen-
sus mali processerit / Ad quod
responderi potest. quia ex libero ar-
bitrio proprie voluntatis fuit
In ipso enim. et in alio causa ex-
titit / vt fieret deterior / In alio.
quia in diabolo qui suasit / In ipso.
quia voluntate liberi arbitrii con-
sensit / et cum liberum arbitrium sit
bonum. ex re vtique bona malus
ille consensus prouenit. et ita ex

bono malū manauit. De hc
aūt in sequēti plenius tractabi
mus cū origo mali et in qua
re coalescat investigabitur.

Inquirit an uolūtas p̄cesserit illud
pccm̄.

Si vero queritur utrū
uolūtas illud peccatū p̄cesserit
dicimus quia peccatū illud et in
uoluntate et in actu cōsistit et
uoluntas actū precessit sed
ipam uoluntatē alia hominis
uoluntas mala nō precessit.
Iatz ex diaboli persuasione et
hominis arbitrio illa uolun
tas mala prodijt qua iusticā
deseruit et iniquitatem incho
auit et ipsa uoluntas iniq
tas fuit.

Determinat quare deus per
miserit hominē temptari

Sciens eum esse casurum.
Preterea queri solet cur deus
hominem temptari permiserit quem
decipiendum fore presciebat.
Sed non esset laudabile homini si
ideo bene vivere posset quia nemo
male vivere suaderet cum in na
tura posse et in potestate haberet
velle non consentire suadenti
deo iuvante. Et gloriosus est non
consentire peccato quam temptari non
posse. Moventur etiam quidam
dicentes Cur creavit deus
quos futuros malos presciebat
Quia previdit quid boni de malis
eorum esset facturus. Sic enim eos
fecit ut relinqueret eis unde aliquid
facerent. Et si culpabiliter aliquid
facerent illum de se laudabiliter

operantem invenirent. A se habet
voluntatem malam, ab illo naturam
bonam, et iustam penam. Frustra
ergo dicitur non deberet deus creare
quos presciebat malos futuros.
Sciebat enim bonis profuturos.
Et iuste pro mala voluntate pu-
niendos. Addunt etiam talem ho-
minem deberet facere qui nollet
omnino peccare. Concedimus qui-
dem meliorem naturam esse que
omnino peccare nollet. Concedant
et ipsi non esse malam que talis facta
est ut posset non peccare si vel-
let. Et iuste punitam que volun-
tate non necessitate peccavit.
Cum ergo hec bona sit illa me-
lior, cur non utramque faceret ut
uberius laudaretur de utraque. Illa

cum de sanctis angelis. hec de
hominibus est. Item inquiunt si deus
vellet et illi boni essent. Et boni
quidem non infructuose. mali vero
non impune essent. Item inquiunt
posset deus voluntatem eorum
vertere in bonum. quia opus est.
posset revera. Cur non fecit.
quia noluit. Cur noluit. Ipse no
uit. Non debemus plus sapere quam
oportet.

Determinat qualiter homo
cognitionem habuit. utrum per di
sciplinam et studium. an per divinum donum

Et quidem secundum animam rationalis
fuit homo habens discretionem
boni et mali. Scientiam quoque rerum
creatarum et cognitionem veritatis. que
prime perfectioni congruebat.
mox conditus non incongrue

accepisse putatur. et ad illam
nō studio vel disciplina aliqua
per intervalla tpis profecisse.
sed ab exordio sue condicōis di
vinitus illā percepisse.

Determinat qualem cogni
cōnem habuit homo ante
lapsum de rebus creatis.

Fuitq; homo primus ante lapsū
triplici cognicōe p̄ditus. rerū
scz propter se factarū. et creato
ris. et sui. Rerū quippe cognicōz
hominēz accepisse p̄spicuū est.
cū nō ipe creator vel angelus
aliquis. sed homo omnibus aīan
tibus noīa imposuerit. ut oñ
deretur. q̄ singulorū noticiaz
homo ipe habuerit. Que enī
propter illū creata erant. et ab
illo regenda et disponēda erāt

Horum omnium deus illi et scientiam
tribuit et providentiam atque curam
reliquit. Quia ut ait Apostolus non
est cura deo de bobus. Quorum
aliorumque animalium deus homini
curam reliquit et providentiam
ut dominationi eius subiicerentur
et ratione illius gubernarentur.
Ut sciret illis necessaria pro
videre a quibus emolimentum
debebat recipere. Hanc autem sci
entiam homo peccando non per
didit. Sicut nec illam qua car
nis necessaria providentur. Et
id circo in scriptura homo de
huiusmodi non eruditur. Sed
de scientia anime quam pecca
do amisit.

Determinat qualem cog
nitionem habuit de deo.

Cognicōnem quoq; creatoris p̄
mus homo habuisse creditur.
Cognouit enī a quo creatus
fuerat. nō eo mō cognoscēdi
quo ex auditu solo percipitur
quo a credentibus absens que
ritur. sed quadam interiori as
piracōe qua dei presenciā cō
templabatur. non tamen ita
excellenter sicut post hāc vi
tam sancti visuri sunt. neq; ita
in enigmate qualiter in hac vi
ta videmus.

Qualē cognicōnē habuit d' seipso

porro sui cognicōm idem hō
talē accepisse videtur. ut et quid
deberet superiori. et quid equaliter
inferiori nō ignoraret. Con
dicōm quoq; suā et ordinem

scz qualis factus esset. et qua
liter incedere deberet. quid agere
quid cauere intellexit. Si ho
rum notitiam non habuisset. non
esset reus preuaricationis. neque
seipsum cognouisset.
Si autem queratur utrum homo
scientiam habuerit eorum que circa
eum futura erant. id est si ru
inam suam prescierit. et similiter
prescierit bona que habiturus
fuisset. si in obediencia perstitis
set. Responderi potest quod ei magis
facienda indicta sunt quam futura
reuelata. Accepit enim scientiam
et preceptum eorum que facienda
fuerant. sed non habuit presci
entiam eorum que futura erant. Non
fuit ergo homo prescius sui casus

Sic et de angelo diximus. Quod
Aug. super gen. asserit rone vtes
quam supra posuimus. Hec de sciencia
hominis quantum ad primum statum
pertinet dixisse sufficiat.

Determinat veritatem ad quid datum fuerit illud adiutorium homini.

Nunc diligenter investigari
oportet quam graciam vel poten
ciam habuerit homo ante casum.
Et vtrum per eam poterit stare
vel non. Sciendum est ergo quod homini
in creacione (sicut de angelis di
ximus) datum est per graciam auxilium
et collata est potencia per quam
poterat stare, id est non declinare
ab eo quod acceperat, sed non
poterat proficere in tantum vt
per graciam creacionis sine alia meri

salutem valeret. Poterat quidem
per illud auxilium gratie creationis
resistere malo, sed non proficere
bonum. Poterat tamen per illud bene
vivere quodammodo, quia poterat
vivere sine peccato, sed non poterat
sine alio gratie adiutorio spiritualiter
vivere, quo vitam meretur eternam.
Unde Aug. in Ench. Sic factus est
homo rectus, ut et manere in ea
rectitudine posset, non sine divi-
no adiutorio, et suo fieri per-
versus arbitrio. Utrumlibet
horum elegisset, dei voluntas fi-
eret vel ab illo vel de illo.
Et quia suam maluit facere volun-
tatem quam dei, de illo facta est
voluntas dei. Item in eodem. Sic
hominem prius oportebat fieri

Vt et bene posset velle et male.
Nec frustra si bene. nec impu
ne si male. Idem quoque in libro
de correctione et gratia ait. Si hoc ad
iutorium vel angelo vel homini cum
primum facti sunt defuisset. quoniam
non talis natura facta erat. vt
sine diuino auxilio posset ma
nere si vellet. non vtique sua cul
pa cecidisset. Defuisset quippe
adiutorium sine quo manere
non posset. Idem dederat deus
homini bonam voluntatem. in illa
quippe cum fecerat rectum. dederat
adiutorium sine quo non posset in
ea manere si vellet. et per quod
posset. Vt autem hoc vellet. in
eius dimisit arbitrio. In eodem
Acceperat posse si vellet. sed

nō habuit uelle quo posset.
Nā si habuisset ꝑseuerasset
hīs testimoniis euidenter mō
stratur quod homo rectitudinem
et bonā uoluntatē in creatōe acce
pit. atque auxiliū quo stare po
terat. alioquin nō sua culpa vi
deretur cecidisse.
Remouet dubitatōem qualis
fuerat illa rectitudo et boni
tas uolūtatis in q̄ creatus est
Sed quomō rectā et bonā uolū
tatem habuit homo si ꝑ eam
nec mereri vitā valuit. nec
in ea stare uoluit. Quia nec
aliquid mali ea tunc volebat
Et ad tp̄s stare uoluit. Sed nō
perseueranter. et ideo recta et
bona fuit tūc uolūtas hominis
Ad hoc aūt quod diximus hominē

Ps. 24

non posse proficere uel mere
ri per grām creacōis ~~potuit~~.
Solet opponi sic. per illud auxi
liū grē creacionis potuit sta
re in bono quod acceperat. po
tuit ergo resistere temptacōi. Sz
resistere tēptacōibꝰ atq; sugge
stionibꝰ malis meritū est ac
bonū remunerabile. Omne
aūt bonū meritū profectus ē
per grām ergo creacōis pro
ficere potuit sine adiectōe al
terius gracie. Ad quod dicimꝰ
qꝛ resistere malo et nō consentire
temptacōi non fecisset illi me
ritū et si nō consensisset. qꝛ nil
in eo erat quod ad malū impel
leret. sicut angelis qui nō ce
ciderunt nō fuit meritū quod

steterunt .i. quod non corruerunt. Nobis
autem meritum est aliquando si malum non
facimus sed resistimus. Ibi dubitavit
ubi causa subest que nos id fa
cere monet. Quia ex peccati corrup-
tela proni sunt ad lapsum gres
sus nostri. Ubi autem non interve
nit causa nos ad malum impel
lens. Non meremur si ab eo
declinamus. Declinare enim a
malo semper vitat. Sed non semper
meretur palmam.

Explicat quod fuit illud
adiutorium nominando.
scilicet arbitrii libertatem.

Hic considerandum est quod fue
rit illud adiutorium hominum datum
in creatione quo poterat manere
si vellet. Illud utique fuit liber-
tas arbitrii ab omni labe et

libera

corruptela immunis. atque volun
tatis rectitudo. et omnium naturali
um potenciarum anime sinceri
tas atque vivacitas.

Explicat quod fuit illud adiutorium

Diffiendo

liberum vero arbitrium
est facultas rationis et voluntatis
qua bonum eligitur gratia assiste
te vel malum eadem desistente
Et dicitur liberum quantum ad volun
tatem que ad utrumlibet flecti
potest. Arbitrium vero quantum
ad rationem cuius est facultas vel
potencia illa. cuius etiam est dis
cernere inter bonum et malum. Et ali
quando quidem discrecionem
habens boni et mali. quod ma
lum est eligit. aliquando vero quod
bonum est. Sed quod bonum

est nisi gratia adiuta non
eligit. malū vero per se eligit.
Est enim in aīa rōnali voluntas
naturalis qua naturaliter vult
bonū licet tenuiter et exiliter.
nisi grā iuuet. que adueniēs
iuuat eam et exigit ut efficaci
ter velit bonū. per se autem
pt velle malū efficaciter. Illa
ergo rōnalis anime potencia q̄
bonū vel malū potest velle.
vtrūq; discernens. liberū arbi
triū nuncupatur. quod bruta
aīalia nō habent. qr ratione
carent. habet tamen sensum
et appetitū sensualitatis
Assignat dr̄iam sensualitatis ad rōnem.
Est enim sensualitas quedā vis
anime inferior. ex qua ē motus

qui intenditur in corporis sensus
atque appetitus rerum ad corpus
pertinentium. Ratio vero vis anime
est superior. que (ut ita dicamus)
duas habet partes vel dicas. su
periorem et inferiorem. Secundum superio
rem supernis conspiciendis vel con
sulendis intendit. Secundum inferiorem
ad temporalium dispositionem prospicit.
Ostendit viam per quam cognosci pos
sit et discerni illa differentia.
Quicquid ergo in anima nostra nobis
considerantibus occurrit quod non
sit commune cum bestiis. ad sensualita
tem pertinet. Et ubi nobis gradatim
in consideratione partium anime progre
dientibus primum aliquid occur
rit quod non est commune cum bestiis.
ibi incipit ratio. Hoc autem Augu.
docet in .xii. li. de tri. ita dicens

Videamus ubi sit quasi quoddam
hominis exterioris interiorisque con
finium. Quicquid enim habemus in
animo commune cum pecore, recte dicitur
ad exteriorem hominem pertinere. Non
enim solum corpus exterior homo
deputabitur, sed adiuncta quadam
vita sua qua compages corporis
et omnes sensus vigent, quibus instru
ctus est ad exteriora sentienda.
Ascendentibus ergo introrsum quibusdam
gradibus considerationis per anime par
tes, ubi incipit aliquid occurrere
quod non sit nobis commune cum be
stiis, ibi incipit ratio, ubi homo
interior iam possit agnosci. Rationis
autem pars superior eternis rationibus con
spiciendis vel consulendis adhe
rescit, porro inferior ad temporalia

gubernanda deflectitur. Et illa
rōis intencō qua contēplamur
eterna sapiē deputatur. Illa
vero qua bene utimur rebus
tpalibus sciencie deputatur.
Cū vero disseruimus de natura
mentis humane de vna qua-
dam re disserimus. nec eam in
hec duo que cōmemorauimus
nisi p officia geminamus. Car
nalis aūt vel sensualis anime
motus qui in corporis sensus inte
ditur. nobis pecoribusq; cōis est
qui seclusus est a racōe sapiē
rōi aut scie vicinus est.

Determinat qualiter pctm
in viribus anime heat
pgressu ad cōsumacōem:
ondēs q tal' est ordo pecca
di uel cadēdi in nob' qlis
fuit in primis hoibus. s. q i

dis. 24

nob' est vir et mulier et serpens

Illud quoque pretermittendum non est quod
talis nunc in uno homine temptacionis
est ordo et progressio qualis tunc
in primis precessit parentibus
Ut enim tunc serpens malum suasit
mulieri ipsaque consensit deinde vi
ro suo dedit sicque consumatum est
peccatum ita et nunc in nobis pro ser
pente est sensualis motus anime
pro muliere inferior pars rationis
pro viro superior rationis porcio Et
hic est vir qui secundum apostolum dicitur
imago et gloria dei Et illa est
mulier que secundum eundem dicitur gloria
viri Atque inter hunc virum et hanc
mulierem est velut quoddam spirituale
coniugium naturalisque contractus
quo superior rationis porcio quasi

vir debet p̄esse ⁊ dominari. Infe-
rior vero quasi mulier debet subesse
⁊ obedire. Ideo vir sm̄ aplm̄ nō
debet hr̄e velamen. sed mulier
Et sic̄ in cunctis aīmātibus non
est reptū homī adiutoriū sīle
sibi. sed de illo sumptū quod
ei formaretur in cōiugiū. ita ī
ptibus aīe quas cū pecoribus
habemus cōmunes. nullū menti
nr̄e sīle est adiutoriū. Vn̄ Aug.
in eodē. Illud nr̄m q̄ in actōne
tpalium tractandorū ita versatur
Vt nō sit in nobis cōmune cum
pecore. racōnale est quidem. sz
ex illa racōnali mente. qua sub-
heremus intelligibili ⁊ incōmuta-
bili veritati. tanq̄ ductū ⁊ infe-
rioribus tractandis gubernādisq̄

deputatū est. Sicut enī in oībꝰ
pecoribus nō est inventū viro
adiutoriū sīle sibi, nisi de illo de
tractū in cōiugium formaretur
ꝯta menti nr̄e, quasi supnā cōsuli
mꝰ veritatē, nullū est ad usuꝫ
rerū tp̄alium, quantū nature
hominis satis est, simile adiuto
riū ex anime partibus, quas
ꝯmunes cū pecoribꝰ habemus
Ideoq; rōnale nr̄m non ad uni
tatis diuortiū sep̄atum, sed in
auxiliū societatis, quasi deriua
tū in suo dispartitur officio. Et
sicut una caro est duorū in ma
sculo et in femina, sic intellectū
nr̄m et actionem, siue rōnem et
appetitū racōnalem, vel si aliquo
modo significancius dici possunt

vna mentis natura cōplectitur.
vt sicut de illis dictū est erunt du
o in carne vna sic de his dici
possit. duo in mente vna. Ecce
ex his aperte intelligi potest.
qualiter in aīa hominis existat iā
go illius coniugii. et qualiter in si
gulis nrīm spualiter sint illa
tria. scz vir. mulier. serpens.

Determinat qualiter in nobis fieri heat pgressus culpe.

Nunc superest ostendere quō ꝑ
hec tria in nobis cōsumetur pec
cati progressus. Vbi agnosci pote
rit si diligenter intendatur qd
sit in aīa mortale vel veniale pe
catū. Ut enim ibi serpens suasit
mulieri. et mulier viro. Ita et
in nobis sensualis motus cum
illecebram peccati conceperit

Quasi serpens suggerit mulie
ri. scz inferiori parti rationis.
i. rationi scie. q̄ si ꝯsenserit ille
cebre. mulier edit cibū vetitū
post de eodem dat viro cū supi
ori ꝑti rōnis. i. rationi sapie
eandem illecebrā suggerit. que si
ꝯsensit. tūc vir etiā cū femina
cibū vetitū gustat. Si ergo in mo
tu sensuali tm̄ pcti illecebra
teneatur. veniale ac lenissimū
est peccatum. Si vero inferior
pars rōnis ꝯsenserit. ita ut so
la cogitacōis delectacōe sine vo
luntate perficiendi teneatur.
Mulier sola manducauit. nō vir
cuius auctoritate cohibetur volū
tas. ne ad opus usq; ꝑueniat
Si vero assit plena voluntas

perficiendi · ut si assit facultas
ad effectū ꝑducatur · vir quoq;
manducat · qr superior ꝑs rōnis
illecebre consensit · ⁊ tunc est
damnabile ⁊ graue peccatum ·
Quando aūt mulier sine viro
gustat · aliqn̄ est mortale · aliqn̄
veniale pctm̄ · vt eīm dictū est
tunc mulier sine viro gustat
cum ita delectacōe cogitacōnis
pctm̄ tenetur · vt faciendū non
decernatur · vel cū quidā termi
nus ⁊ mensura pcto adhibetur
a viro · ut nō liceat mulieri ef
frenata libertate in pctm̄ pro
gredi · Si ergo pctm̄ nō diu tene
atur delectacōe cogitacōnis · sed
statim vt mulierem tetigit · viri
auctē repellatur · veniale est ·

Si vero diu in delectatione cogita-
tionis teneatur, et si voluntas per-
ficiendi desit mortale est, et pro
eo damnabitur sicut vir et mulier, id est
totus homo, quia et tunc vir non sicut
debuit mulierem cohibuit. Unde
potest dici consensibile.

Repetit predeterminata ad maiorem explanationem

Itaque ut breviter summatim per-
stringam, quando peccatum ita in anima
concipitur, ut illud facere dispo-
nat, vel etiam perficiat, aliud fre-
quenter, aliud semel, vel etiam
quando delectatione cogitationis diu
teneatur, mortale est. Cum vero
in sensuali motu tantum est ut pre-
diximus, tunc levissimum est, quia
ratio tunc non delectatur. Ideo
autem supra dixi, aliud frequenter

Aliud semel. qz quedā sūt que
si vn̄ semel fiant. vel facienda
disponantur. damnat. quedā
vero non. nisi sepius fiant vel
facienda decernantur. ut de o
cioso verbo. et hmōi. hec aug.
in duodecimo li. de trini. tradit
ita. Sicut in illo coniugio p̄mo
rū hom̄i serpens manducādus
persuasit. mulier aūt nō mā
ducauit sola. sed viro suo dedit
et sil' mādūcauerunt. ita et in
quodam secreto coniugio. quod ī
vno homīe geritur et dinoscitur
Cū racioni sciē que in rebus
tp̄alibus agendis. rōcinandi vi
uacitate versatur. animalis sē
sus ingerit quandā illecebram
tūc velut serpēs alloq̄tur femīa.

Huic aut̄ illecebre consentire.
de ligno vetito est edere. Sed iste
consensus si sola cogitacōis delecta
cōe contentus est. superiori vero
auctē ita retinent membra ut
nō exhibeantur arma iniqui
tatis pctō. sic habendū estimo
velut lignū vetitū mulier sola
comederit. Si aut̄ in consensu
illo decernitur quodq; pctm̄ ut
si sit ptās. etiā ope impleatur.
intelligenda est mulier dedisse
viro suo. sil' edendū illicitū cibus.
Neq; em̄ pt̄ peccatus non solus
cogitandū suaviter verū etiam
ppetrandū efficaciter mente decer
ni. nisi illa mentis intencio
penes quā sūma ptās est mem
bra in opus movēdi. vel ab ope

colubendi male actoni cedat.
Ponit quandam similitudinem
ostendens quod mulier sine vi
ro danari non potest. i. mortale
non est quod in sola delectacione
tenetur cogitacionis.

Nec sane cum sola cogitacione mens
oblectatur illicitis non quidem
decernens esse facienda tenens
tamen et volens libenter que statim
ut attigerunt animum respui de
buerunt negandum est esse peccatum
Sed longe minus quam si et opere
statuatur implendum Et ideo de
talibus quoque cogitacionibus venia
petenda est pectusque percucien
dum et dicendum Dimitte nobis de
bita nostra Neque enim sicut in illis
duobus primis hominibus personam
suam quisque portabat Et ideo si
sola mulier cibum edidisset

illicitū. sola utiq; mortis suppli
cō plecteretur. ita dici pt in ho
mine uno. si delectacōibus illicitis
a quibus continuo se deberet auer
tere. cogitacō libenter sola pasca
tur. nec facienda decernātur ma
la. sed tn̄ suauiter in recorda
cōe teneantur. quasi mulierez
sine uiro posse damnari. Absit
hoc credere. hic quippe una per
sona est. unus homo est. totus
q; dānabitur. nisi h̄ que sine
uolūtate opandi. sed tn̄ cuz
uolūtate animū talibus ob
lectandi. solius cogitacōis sencia
tur esse pcta. p mediatoris gratiam
remittantur. Idem q̄ in libro cōtra
manicheos de hoc eodē sic ait
Aplus dicit. Secdm pncipem ptatis

aeris huius. spūs qui nūc opa
tur in filijs diffidencie. Non ergo
visibiliter eis apparet. quasi cor
poreis locis accedit ad eos et opa
tur. Sed miris modis per cogita
cōem suggerit quicquid potest.
quibus suggestionibus resisten
dū est. Non enim ignoramus as
tucias eius. Quō enim accessit
ad iudā qn̄ ei persuasit ut do
minū traderet. Nunquid in locis
Aut per hos oculos ei visus est.
Sz utique ut dictū est in cor eius
intrauit. Repellit aūt illū hō
si paradisū mentis custodiat.
Posuit enim hominē deus in pa
diso ut oparetur et custodiret.
qr sic eccle dr in canticis cāntico
rum. Ortus conclusus fons signatus

Quo utique non admittitur per uersitatis
ille persuasor. Sed tamen per mulierem
decepit. Non enim etiam ratio no
stra deduci ad consensionem peccati
potest. nisi cum delectatio mota fu
erit in illa parte animi qua
debet obtemperare rationi tanquam
rectori viro. Etiam in uno quoque nostrum
nihil aliud agitur cum ad peccatum
quisque dilabitur. quam tunc actum
est in illis tribus. serpente.
muliere et viro. Nam primo fit sug
gestio. sive per cogitationem. sive per
sensus corporis. uel videndo.
uel tangendo. uel audiendo. uel
gustando. uel olfaciendo. Que
suggestio cum facta fuerit. si cu
piditas nostra non moueatur ad
peccandum. excluditur serpentis astutia

Si aut̄ mota fuerit quasi iam
mulieri persuasū erat sed ali-
qn̄ ratio viriliter cōmotā cupi-
ditatem refrenat et cōpescit Qd'
cū fit non labimur in pctm̄
Sed cū aliquāta luctacōe coro-
nabimur Si aut̄ ratio ꝯsenciat
Et quod libido ꝯmouerit faciē-
dum esse decernat ab oī vita
bta tanq̄ de paradiso expellit̄
homo Iam enī pctm̄ imputat̄
etiā si non subsequatur factum
Quando rea tenetur in consensi-
one conscienciā.
Breuiter epilogat et rōem
sue disgressiōis assignat.
q̄re s. hec de aīe ptibꝰ dixit
Hec de anime partibus interse-
ruimꝰ. ut ipīꝰ aīe natura ple-
mꝰ cognosceretur. et sm̄ quā sui

porcionem in ea sit liberum ar
bitrium intelligatur. scz sim racionis
qua omne peccatum mortale geritur.
sed non omne veniale illud scz
quod in solo motu sensualitatis
existit

Multiplicitatem huius nominis sensualitas ad maiorem euidenciam manifestat.

Non est autem silencio pretermit
tendum quod sepe in scriptura no
mine sensualitatis. non id solum in
anima quod est nobis commune cum pecore
Sed eciam inferior porcio ra
cionis que temporalium disponi
intendit intelligitur. Quod
diligens lector in locis scri
pture ubi de ipsa fit men
cio vigilanter annotet.

dis 24

Determinat quid sit liberum arbitrium

dis 25

Nam vero ad propositum redeamus
s. ad li. arbitrii tractatum. Quod
philosophi diffinientes dixerunt
esse liberum de voluntate iudicium
Quia potestas ipsa et habilitas
voluntatis et rationis quam supra
diximus esse liberum arbitrium
libera est ad utrumlibet. quia libe
re potest moveri ad hoc vel ad
illud. Liberum ergo dicitur arbitri
um quantum ad voluntatem.
quia voluntarie moveri et spon
taneo appetitu ferri potest ad
ea que bona vel mala iudicat
vel iudicare valet.

Ex diffinitione liberi ar. eli
cit quod liberum ar. non est pre
sentium nec preteritorum. sed fu
turorum. et horum non quorum li
bet. sed futurorum contingentium.

Hoc autem sciendum est quod liberum ar.

ad pn̄s vel ad preteritū nō re
ferunt / sed ad futura contingenti
a / Quod em̄ in presenti est · de
terminatū est · nec in potestate
nostra est / ut tunc sit vel non
sit qn̄ est / potest em̄ nō esse
vel aliud esse postea · sed non
pt̄ non esse · dū est / vel aliud
esse · dū id est quod est / sed ī
futuro / an hoc sit vel illud ad
ptātes liberi arbitrij spectat /
Nec tn̄ oīa futura sub ptate
liberi arbitrij veniūt / sz ea tm̄ /
que per li · ar · possūt fieri
vel non fieri / Si quis em̄ tale
quid velit ac disponat facere
quod in eius nullatenus sit ptate
vel qr sine ipsius disposicōe eque
fieret / in hoc ipe liberū n̄ hz arbi

Dus 24

Mouet dubitacōez qua q̄s posset sollicitari an supra posita descriptio li. ar. conueniret deo. uel qui glorificati sunt.

Et quidem s̄m predictā assignacōez in his tm̄ videtur esse li. ar. qui uoluntatem mutare et in contrariū possunt deflectere. In quorum videlicet potestate est eligere bonū vel malū et vtrūlz s̄m electionem facere uel dimittere. Sed dm̄ q̄ nec in deo nec in his omnibus. qui tanta beatitudinis gr̄a sunt roborati. ut iā peccare nequeant li. ar. ēē nequit. Sed quod deus li. ar. habeat. Aug. docet in li. xxii. de ciuita. dei ita inquiēs. Certe deus ipse nūquid qm̄ peccare non.

potest. ideo li. ar. habere ne
gandus est. Ambro. quoque in libro
de tri. ait. Paulus dicit quia omnia
operatur unus atque idem spiritus. di
uidens singulis prout vult.
idest pro libere voluntatis ar
bitrio. non pro necessitatis obsequio
Determinat motam dubita
tionem ostendens qualiter deus
angeli et qui iam beati sunt. habent li. ar.
Sed aliter accipitur liberum ar.
in creatore quam in creaturis. dei
etiam libe. arbi. dicitur eius sa
pientissima et omnipotens volun
tas. que non necessitate sed libe
ra bonitate omnia facit. prout
vult. Ideoque hiero. attendens
non ita esse liberum arbitrium
in deo sicut est in creaturis.
ab ipso videtur liberum arbitrium

in deo sicut est in creaturis ab
ipso videtur liberum arbitrium
excludere in omelia quadam
de filio prodigo dicens Solus
deus est in quem peccatum non
cadit nec cadere potest Cetera
cum sint liberi arbitrii in utraque
partem flecti possunt Dum ait
cetera indicat lib. ar. sicut est
in ceteris non ita esse in deo.
Angeli vero et sancti qui iam cum
domino feliciter viuunt atque ita
gratia beatitudinis confirmati
sunt ut ad malum flecti non velint
nec possint. libero arbi. non ca
rent Unde Augu. in li. xxij. de ciui
dei ait Sicut prima immortalitas
fuit quam peccando adam perdi
dit posse non mori ita primum

liberū arbitriū posse nō pecca
re. nouissimū nō posse peccare
Idem in Enche. Sic oportebat
prius hominē fieri ut bene uel
le posset et male. postea vō sic
erit ut male uelle nō possit. nec
ideo carebit libero arbitrio.
Multo quippe liberius erit ar
bitriū quod omnino nō poterit
seruire pcto. neq; aut uolun
tas nō est. aut libera dicenda
nō est. qua beati sic esse uolu
mus. ut esse miseri nō solū no
limus. sed nequaq; prorsus uel
le possimus. Sicut ergo anima
nra nūc habet nolle infelicita
tem. ita nolle iniquitate semper
habitura est. Sed ordo seruandus
fuit quo deus uoluit ondere

quam bonum sit animal racionale quod etiam peccare possit quam
vis sit melius quod peccare non
possit. Ecce his verbis evidenter
astruitur quod post beatitudinis con
firmacionem erit in homine liberum arbitrium
quo peccare non poterit. Et nunc
in angelis est et in sanctis qui
cum domino sunt. Et tanto utique
liberius quanto a peccato immunis
et ad bonum promptius. Quo enim
quisque ab illa servitute de qua
scriptum est. qui facit peccatum
servus est peccati. longius absistit. tan
to in eligendo bonum liberius habet
iudicium. Unde si diligenter inspicia
tur. liberum vero dici arbitrium. quia sine co
actione et necessitate valet appetere
vel eligere quod ex racione decreverit.

Determinat gradus libertatis
qz. in hoie sm diuisos status
siue tpa.

Ex predictis perspicuum fit q ma
ior fuit libertas arbitrij prima / q̄ se
cunda / et tercia multo maior q̄
secunda uel prima / Prima enim
libertas arbitrij fuit in q̄ pote
rat peccare et nō peccare / Ultima
vero erit in qua poterit nō pec
care et nō poterit peccare / Me
dia vero in qua potest peccare
Et non potest nō peccare. an
reparacōem etiam mortaliter. pq
reparacōem vero saltem venialiter

Assignat quatuor status ho
minis in quibus libertas ar
bitrij hz augeri et minui.

Et possunt in homine notari q̄
tuor status liberi arbitrij / an
peccatum enim ad bonum nil impediebat

nil ad malū impellebat. Non ha
buit infirmitatē ad malū. Et habu
it adiutoriū ad bonū. Quē sine
errore racō iudicare. Et voluntas
sine difficultate bonū appetere
poterat. Post peccatū vero ante
reparationē gracie premitur a
concupiscencia et vincitur. Et habet
infirmitatem in malo. Sed nō
habet grām in bono. Et ideo pt
peccare et nō potest nō peccare
etiā damnabiliter. Post repa
cōem vero ante confirmacionē
premitur a concupiā sed nō vinci
tur. Et habet quidem infirmita
tem in malo. Sed grām in bo
no. Vt possit peccare propter
libertatē et infirmitatem. Et possit
non peccare ad mortē propter

libertatē ⁊ graciā adiuuantem

Nondū habet posse omno non peccare vel non posse peccare / propter infirmitatē nondū perfectē absorptam · ⁊ propter graciam nondum plene consumatam ·

Post confirmacōem vero infirmitate penitus cōsumpta · ⁊ gracia cōsumata · nec vinci poterit nec premi · ⁊ tōc habebit non posse peccare

Determinat per quid minui habet arbitrii libertas

Unde manifestū est / quod preter alias penalitates / pro peccato illo incurrit homo penā in corruptōe / ⁊ depressione liberi arbitrii / per illud namque peccatum naturalia bona in ipso homine corrupta sunt · ⁊ gratuita detracta

Hic est enim ille qui a latronibus uulneratus est et spoliatus. Vulneratus quidem in naturalibus bonis quibus non est priuatus. alioquin non posset fieri reparatio. Spoliatus vero gratuitis que per gratiam naturalibus addita fuerant. Hec sunt data optima et dona perfecta. quorum alia sunt corrupta per peccatum et naturalia. ut ingenium. memoria. intellectus. Alia subtracta et gratuita. quamquam et naturalia ex gratia sint. Ad generalem dei quippe gratiam pertinent. Sepe tamen huiusmodi fit distinctio cum gratie vocabulum ad speciem non ad genus refertur. Corrupta est ergo

libertas arbitrii per peccatum
et ex parte perdita. Unde Aug. in Ench.
libero arbitrio male utens homo
et se perdit et ipsum. Cum enim
libero arbitrio peccaretur, vi
ctore peccato amissum est liberum
arbitrium. A quo enim quis devi
ctus est huic servus addictus est.
Ecce liberum arbitrium dicit ho
minem amisisse, non quia post
peccatum non habuerit liberum
arbitrium, sed quia libertatem ar
bitrii perdidit, non quidem
omnem, sed libertatem a miseria et a
peccato.

Agit de libertate arbitrii coactione

Est namque libertas arbitrii tri
plex, scilicet a necessitate, a peccato,
a miseria. A necessitate et ante

peccatum et post eq liberum est
arbitrium. Sicut enim tunc cogi
non poterat. ita nec modo.
Ideoque voluntas merito apud
deum iudicatur. que semper a ne
cessitate libera. Et nunquam cogi potest.
Ubi necessitas ibi non est liber
tas. nec voluntas. Et ideo nec
meritum. hec libertas in omnibus
est tam in malis quam in bonis.

Agit de libertate a peccato seu culpa

Est et alia libertas a peccato.
s. de qua dicit apostolus. ubi spiritus
domini ibi libertas. Et veritas
in euangelio. Si filius vos libe
rauerit. vere liberi eritis. Hec
libertas a seruitute peccati liberat
Et seruos iusticie facit. sicut ego
seruitus peccati liberos iusticie.

facit. Vnde apl's. libertati a pcto
serui facti estis iustitie. Et item
Cum serui essetis pcti. liberi fu
istis iustitie. hanc libertatem
peccando homo amisit. Ideoq
Aug. dicit q homo male vtens
libero arbitrio. et se pdit et
ipm. quia perdita est p pec
catu libertas. non a necessitate
sed a pcto. Qui enim facit pctm
seruus est pcti.
Qui habent hanc liberta
tem. s. a peccato et p quid
Istam libertatem que est a pcto
illi soli nunc habent quos fili
us p gram liberat et reparat
non ita q penitus sint sine pcto
in hac mortali carne. sed ut
in eis pctm non dominetur.
neq regnet. Et hec est vera et

bona libertas que bonā pa-
rit seruitutem .s. iusticie. Vn.
Aug. in Encher. ait. Ad iusticiam
faciendam non erit aliquis li-
ber nisi a pcto liberatus. esse
iusticie cepit seruus. et ipa est
vera libertas. propter recti
facti leticiā. simul et pia ser-
uitus. ꝓpter ~~precti~~ precepti obedienciā.
Est alia libertas nō vera. ma-
le seruituti adiuncta. que est ad
malū faciendū. vbi racō dis-
sentit a uoluntate iudicans.
nō esse faciendū quod uolun-
tas appetit. Ad bonū vō faci-
endū concordat racō uolunta-
ti. et ideo ibi vera libertas est
et pia. De libertate aut ad ma-
lum et seruitute mala ait. Aug.

in Euch. Serui addicti pecca
to q̄ potest esse libertas nisi
qn̄ eum peccare delectat. Libe
ralr̄ enim seruit qui sui dom̄
uoluntatem libenter facit. ac p̄
hoc ad peccandū liber est qui
pcti seruus est.

Questio de libertate ad ma
lum an sit ipa libtas liberi az.

Hic queri potest utrū hec lib
tas qua quis liber est ad ma
lum sit libertas arbitrij. Si n.
libertas arbitrij est bonum
quidem est. quia libertas arbi
trij bonū naturale est. Quibus
dam videtur q̄ sit ipa liber
tas arbitrij que semper bona
est. sed ꝓpter pcti seruitutē ad
malū fit liberior ⁊ pronior.
Et ideo dr̄ non esse vera libtas.

dis. 24

Quia ad malū est. Alijs aūt
videtur q̄ hec libertas ad ma
lum quam supra ꝯmemorauit
Aug. non sit ipa libertas arbi
trij. Sed sit quedam pronitas
peccandi / ꝛ curuitas que ex pec
cato est. ꝛ mala est.

Questio alia de libtate ad
bonū. an ipa sit libtas ar. an n̄.

Similr̄ etiā queri solet vtr̄
illa libertas vera / que est ad
iusticiā faciendā sit ipa lib
tas arbitrij / Quidam dicūt illā
eandem esse. sed reparatam per
grām. quā iuuante libera est
ad bonū. sine grā vero non
est libera ad bonū. Vnde Aug.
in Enche. Ista libertas ad bene
faciendū / vnde erit homī ad
dicto ꝛ vendito sub pcto / nisi

eū redimat qui dicit Si filius
nos liberauerit. vere liberi eritis
Quod anteq̄ fieri in homīe in-
cipiat quō quisq̄ de libero ar
bitrio gloriatur. qui nondum
est liber ad opandū bene Ecce
aperte ondit liberū arbitriū
per graciā adiuuari. vt p il-
lud bene opetur quis Ideoq̄
dicunt illā libertatē veraz
que est ad bene faciendum.
cuius supra meminit Augustinus
esse libertatē ipsam arbitrij
grā dei adiutam Alij vero
putant non esse ipsam arbi
trij libertatē Sed aliā quādaz
que ex grā et libero arbitrio in
mente hominis deo operante
incipit esse cū reparatus est.

Certa determinatio utriusque
questionis qua dicitur libertas ad bo
num et ad malum esse libertas ar:

Verum nobis magis placet ut
ipsa libertas arbitrii sit et illa
qua quis liber est ad malum. et
illa qua quis liber est ad bonum
faciendum. Ex causis enim variis
sortitur diversa vocabula. Dicitur
enim libertas ad malum faciendum
antequam per gratiam sit reperta.
sed cum per gratiam fuerit reperta
Dicitur libertas ad bonum faciendum
quia ante gratiam libera est volun
tas ad malum. per gratiam vero
libera est ad bonum. Semper ergo
voluntas hominis aliquo modo
libera est. sed non semper bona
est. Non enim est bona nisi a pec
cato liberata. est tamen a necessitate

libera. Vnde Aug. in li. de gra.
et li. ar. Semper in nobis volun
tas libera est. sed non semper bo
na est. Aut enim libera est iusti
cie quando seruit peccato. et tunc est
mala. Aut a peccato libera est
quando seruit iusticie. et tunc est
bona

Agit de libertate a miseria

Et iterum libertas a miseria.
de qua apostolus ait. Et ipsa creatu
ra liberabitur a seruitute cor
ruptionis in libertatem glorie fi
lior dei. Hanc libertatem habuit
homo ante peccatum. quia omni ca
rebat miseria. et nulla tangeba
tur molestia. et plenius habebit
in futura beatitudine. vbi mi
ser esse non poterit. Sed in hac

vita que est inter primum
peccatum et ultimam confirmationem
Nemo a miseria liber est. quia
pena peccati non caret.
Breviter epilogat ostendens
quo genere libertatis li. ar.
intelligi debeat minui per peccatum
Ex predictis iam apparet in quo
per peccatum sit imminutum vel cor
ruptum liberum arbitrium. quia ante
peccatum nulla erat hominis dif-
ficultas. nullumque impedimen
tum. de lege membrorum ad bo
num. nulla impulsio vel instiga
tio ad malum. Nunc autem per legem
carnis ad bonum impeditur. et
ad malum instigatur. ut non
possit velle et perficere bonum
nisi per gratiam liberetur et ad
iuvetur. quia ait apostolus. Peccatum

habitat in carne. liberum ergo
arbitrium cum semper in singulis
sit liberum. non est tamen pariter
liberum in nobis ubi liberatum
est. quam in malis ubi liberatum
non est. Et liberius est ad ma
lum quod per se potest. quam
ad bonum quod nisi gratia libe
retur et adiuvetur non potest.

De libertate que sit ex gratia et que ex natura

Libertas ergo a peccato et a miseria
per gratiam est. libertas a necessita
te per naturam. utramque liberta
tem nature. s. et gratie notat.
apostolus. cum ex persona hominis
non redempti ait. velle adia
cet mihi. perficere autem bonum
non invenio. ac si diceret habeo libertatem nature
non habeo libertatem gratie. Ideo

non est apud me perfecto bo
ni. Nam uoluntas hominis quam
naturaliter habet non valet eri-
gi ad bonum efficaciter uolendum
uel opere implendum. nisi per gra-
tiam liberetur et adiuuetur.
liberetur quidem ut velit. et
adiuuetur ut perficiat. Quia ut
ait apostolus. non est uolentis uel
le. neque currentis currere. id est
operari. sed miserentis dei. qui
operatur in nobis velle et operari
bona. cuius gratiam non aduocat
hominis uoluntas uel operatio
Sed ipsa gratia uoluntatem pre
uenit preparando ut velit bo-
num. et preparatam adiuuat ut perficiat.
Determinat quid sit illud
adiutorium libe. ar. superaddi
tum quantum ad actum siue effectum

Dis. 26

Hec est gratia operans et cooperans
Operans enim gratia preparat
hominis voluntatem ut velit bo
num. Gratia cooperans adiuvat
ne frustra velit. Unde Aug. in
libro de gratia et li. ar. Cooperan
do deus in nobis perficit. quod
operando incipit. quia ipse ut velimus
operatur incipiens. qui volentibus
cooperatur perficiens. Ut ergo ve
limus operatur. Cum autem volu
mus et sic volumus ut perficiamus
nobis cooperatur. Et tamen sine
illo vel operante ut velimus.
vel cooperante cum volumus bona
pietatis opera nihil valemus.
Ecce his verbis aperitur que
sit operans gratia. et que coo
perans. Operans enim gratia

est que prevenit voluntatem
bonam. Ea enim liberatur et pre
paratur hominis voluntas ut
sit bona. bonumque efficaciter ve
lit. Cooperans vero gratia vo
luntatem iam bonam sequitur
adiuvando. Unde augu. contra
iulianum hereticum qui bonam
voluntatem ex libero arbitrio
tantum esse dicebat. atque hominem
per liberum arbitrium posse bonum
velle et operari sine gratia asse
rebat ait. Apertam de commen
datione gratie apostolus senten
ciam protulit cum ait. Non est
volentis neque currentis. sed
dei miserentis. Hec si atten
deres iuliane non extenderes
hanc gratiam merita voluntatis

humane. Non enim ideo misere-
tur deus alicuius, quia voluit et
cucurrit, sed ideo voluit et cucur-
rit, quia misertus est deus. Pa-
ratur enim voluntas hominis
a deo et a domino gressus ho-
minis diriguntur. Ideoque congru-
e ait: Non est volentis neque
currentis, sed miserentis dei.
Non quia hoc sine voluntate
nostra agatur, sed quia voluntas
nostra nil boni agit nisi dum-
intus adiuvetur. Unde alibi
apostolus ait: Non autem ego, sed gratia
dei mecum. Non ideo dicit, quia
nihil boni agebat, sed quia nil
boni ageret, si illa non ad-
iuvaret. Hiis testimoniis aperte
insinuatur, quia voluntas hominis

gracia dei preuenitur atque preparatur ut fiat bona non ut fiat uoluntas quia et ante graciam uoluntas erat sed non erat bona et recta uoluntas.

Determinat quid sit illud adiutorium li. ar. super additum quantum ad subiectum

Voluntatem ipsam Aug. in li. de duabus animabus ita diffinit

Voluntas est animi motus cogente nullo ad aliquid non admittendum vel adipiscendum hec autem ut non admittat malum et adipiscatur bonum preuenitur et preparatur dei gratia. Unde apostolus gracia preuenientem et subsequentem commendans, i. operantem et cooperantem vigilanter dixit. Non est uolentis neque currentis.

Sed miserentis dei, sed non eius

Non est miserentis dei sed uo
lentis et currentis. Nam si ut
quibusdam placuit quod dictum
est ita accipiatur. Non est uo
lentis neque currentis sed mise
rentis dei. tanquam diceretur.
non sufficit sola uoluntas hominis
si non sit etiam misericordia dei
Econtra dicitur non sufficit etiam
misericordia dei si non sit etiam
uoluntas hominis. ac per hoc si
recte dictum est illud. quia id
uoluntas hominis sola non im
plet. cur non etiam a contra
rio recte dicitur. non miseren
tis est dei sed uolentis est ho
minis. cum id misericordia dei so
la non impleat. homo enim

Ps 26

credere uel sperare nō poterit
nisi velit, nec peruenire ad pal
mam nisi uoluntate currat.
Restat ergo ut ideo ita recte di
ctū intelligatur, ut totū det
deo qui hominis uoluntatē bo
nam preuenit, et preparat adiu
uandā, et adiuuat preparatam
Nolentem preuenit ut velit.
volentē subsequitur ne frustra
velit. Ecce his verbis et aliis
premissis euidenter traditur,
quia uoluntas hominis preparatur
et preuenitur grā dei ut ue
lit bonū, et adiuuatur ne fru
stra velit.

Quia bona uolūtas comitatur grām

Itaque bona uoluntas
comitatur grām non gratia

uoluntatem. Vnde aug. ad bo
nifaciū papam scribens con
tra pelagianos inquit. Cū
fides impetrat iustificacionem
sicut unicuiq; deus partitus est
mensurā fidei. nō grām dei
aliquid meriti precedit huā
ni. sed ipa meretur augeri.
ut aucta mereatur ꝛ pfici.
uoluntate comitante nō du
cente. pedissequa nō preui
a. Ecce hic apte habes q̄ grā
preuenit bone uoluntatis me
ritū. ꝛ ipa bona uoluntas
pedissequa est grē nō preuia.

Determinat quid sit illud
adiutorium li. ar. supad
ditū q̄stū ad bonū gratuitū

Et si diligenter intendas in
lulōinus tibi mōstratur q̄ sit

ipa gracia uolumtatem pre-
ueniens et preparans. si fides
cum dilectione. Ideoque aug. in eodem
tractans quomodo iustificati su-
mus ex fide et tamen gratis.
Utrumque enim dicit apostolus qui dicit
iustificati ex fide. et alibi ait.
iustificati gratis per graciam
Hoc enim ideo dixit. ne fides
ipa superba sit. ne dicat si-
bi si ex fide iustificati. quomodo
gratis. Quod enim fides mere-
tur. cur non potius redditur quam
donatur. Non dicat homo is-
ta fidelis. quia cum dixerit. ha-
beo fidem ut merear iustifica-
cionem. respondetur ei. quid habes
quod non accepisti. fides enim
qua iustificatus. gratis tibi

data est. Hic a parte ostenditur quod
fides est causa iustificationis et
ipsa est gratia et beneficium quo
hominis preuenitur voluntas
et preparatur. Unde aug. in i. li.
retractationum. Voluntas est
qua et peccatur et recte viuitur.
Voluntas vero ipsa nisi dei gratia
liberetur a seruitute qua peccati
serua facta est et vt vicia
superet et adiuuetur recte
pieque viui a mortalibus non
potest. Et hoc beneficium quo
liberatur nisi eam preueniret
iam meritis daretur et non esset
gratia que vtique gratis datur.
Preuenitur ergo bona hominis
voluntas illo gratie beneficio
quo liberatur et preparatur

Et illud beneficium fides christi
recte intelligitur. sicut augu-
in Enchiri. euidenter ostendit
dicens. Ipsum arbitrium arbitrium
liberandum est. post illam ruinam
a seruitute peccati. nec omnino per
seipsum. sed per solam dei gratiam
que in fide christi posita est li-
beratur. et uoluntas preparatur.
Ecce aperte dicit gratiam per quam
liberatur arbitrium. et preparatur
uoluntas. sitam esse in fide christi.
Fides enim christi. ut in eodem
ait. impetrat. quod lex imperat.
Determinat veritatem de eodem
adiutorio quantum ad uoluntatem
siue quantum ad liberum
ar. ordinatur. ostendens quod uo-
luntas bona que preueni-
tur. quedam dei dona preuenit.

Ipsa tamen eadem uoluntas quedam

gracie dona preuenit. Unde
aug. in Enchir. precedit bona
uoluntas hominis multa dei do
na, sed non omnia. Que autem non
precedit, ipsa in eis est et ipsa
iuuat. Nam utrumque legitur in
sanctis eloquiis et misericordia
eius preueniet me. et miseri
cordia dei subsequetur me. No
lentem quippe preuenit ut
velit, volentem subsequitur
ne frustra velit. Cur enim ad
monemur orare pro inimicis
nostris uolentibus pie uiuere
nisi ut deus in eis operetur et
velle. Itemque cur admonemur
petere ut accipiamus, nisi ut ab
illo fiat quod uolumus, a quo
factum est ut velimus. Unde apostolus

ait. Non est uolentis neq; cur
rentis. sed dei miserentis. Ex his
apparet q̄ bona hom̄is uolun
tas quedam dona dei preuenit
Quia eam comitatur gracia
adiuuans. et quibusdam preueni
tur. q̄ eā preuenit grā ope
rans. s. fides cū charitate

Remouet dubitacionem
ortam ex eo quod dicitur
fidem esse ex uolūtate.

Non est tn̄ ignorandū quod
alibi aug. significare videt
q̄ ex uoluntate sit fides. de
illo verbo apostoli. Corde cre
ditur ad iusticiā. ita super
ioh. tractans. Ideo nō simplici
ter apl's ait creditur. sz corde
creditur. q̄ cetera pōt homo
uolens. credere non nisi uolēs

intrare ecclesiam et accedere ad al
tare potest volens sed non cre
dere. Item super Gen. ubi laban
et batuel dixerunt Vocemus puel
lam et queramus eius voluntatem
Dicit expositor quia fides est vo
luntatis non necessitatis. Ad
quod respondentes dicimus.
Non hec ita accipienda fore
ut ex voluntate hominis fides
intelligatur provenire cum
ipsa sit proprie dei donum
ut ait apostolus. Et ex ea bona ho
minis merita incipiant. Per
hanc enim ut ait aug. super
ps. lxvi. iustificatur impius. i.
fit de impio pius. ut deinde
ipsa fides incipiat per dilectionem
operari. Unde omnia bona merita

incipiunt. Sed potius hec ideo
ita dicta sunt. quia non est fi-
des nisi in eo qui vult credere
cuius bonam voluntatem fides
prevenit. non tempore sed causa
et natura. Unde aug. supra con-
gruenter dixit. quod bona volun-
tas in eis donis est que non
precedit. et ipsa iuvat. quia ea
iuvat quibus prevenitur dum
eis consentit ad effectum boni
et in eis est. quia tempore ab eis
non preceditur.

Quedam adhuc addit que
graviorem faciunt questionem.
scilicet quod cogitatio boni precedit fidem

Ceterum hanc questionem magis
acuunt et urgent verba aug.
quibus in li. de predestinatione
sanctorum utitur per tractatus illud

apli. non q sufficientes simus
cogitare aliquid quasi ex nob'
Attendant inquit hic. et verba
ista pendant. qui putant ex
nobis esse fidei ceptu. et ex deo
esse fidei supplementu. Comē
dans eni istam gratiā que nō
datur sm aliqua merita sed
efficit oīa bona merita inquit
Non q sufficientes simus cogi
tare aliquid boni. s. ex nobis
Quis aūt non videat prius
esse cogitare q̄ credere. Nll'us
quippe credit aliquid nisi prius
cogitauerit esse credendu. Si
go cogitare bonu nō est ex no
bis. vt hic apl's tradit. nec
credere. q̄q̄ et ipm credere nil
est aliud q̄ cu assensione mētis

cogitare. Hic videtur insinu-
are quod cogitacio bona precedat
fidem. Et ita bona voluntas pre-
venit fidem non preveniatur.
quod predictis adversari vide-
tur. Ad hoc autem dicimus quod a-
liquando cogitacio bona sine vo-
luntas vel cogitacio qua recte
vivitur. Illa enim sine fide et cha-
ritate non est. Nam ut ait
aug. ad anastasium. Sine spiritu
non est non est voluntas hominis
libera. cum cupiditatibus vin-
catur. non est libera ad bonum
nisi liberata fuerit. Non autem
liberatur. nisi per spiritum sanctum
diffundatur charitas in cordi-
bus. non est libera voluntas
nisi eam liberet gratia per leges

Sed non est illa bona voluntas

fidei .i. non est libera sine fide
operante per dilectionem et illa
sufficienter bona est. Non est
enim fructus bonus qui de chari
tatis radice non surgit. Si vero
assit fides operans per dilectionem
fit delectatio boni

De illa cogitatione boni que precedit fidem plene disseritur

Illa autem cogitatio sine volun
tas que fidem et charitatem
aliasque iustificationes precedit
non sufficit ad salutem.
nec recte ea vivitur. Hac vo
luntate concupiscitur illa
bona voluntas que est ma
gnum bonum. Ista vero non.
Alia ergo illa est voluntas si
ne cogitatio. alia ista. Et sicut

illa istam precedit. ita illam
preuenit intellectus. Vnde aug.
istam distinguens super illum lo
cum psalmi. Concupiuit anima mea
desiderare iustificationes. ait. Con
cupiuit desiderare inquit. non
desiderauit. Videmus enim ratione
nonnunquam quam vtiles sunt iustifi
cationes dei. sed infirmitate prepe
diti aliquando non desideramus.
Preuolat ergo intellectus. sequitur
tardus aut nullus affectus. Sci
mus bonum nec delectat agere.
et cupimus ut delectet. Sic iste
olim desiderare concupiscebat.
quod bona esse cernebat. cupiens
eorum habere delectationem. quo
rum potuit videre rationem
Ostendit itaque quibus quasi gradibus

ad eas perueniatur. Prius enim
est vt videantur quam sint vtiles
et honeste. deinde vt earum desi
derium concupiscatur. Postremo
vt proficiente gratia delectet
earum operacio. quarum sola ra
cio delectabat. Attende hunc
ordinem graciarum. quem hic di
stincte assignat Aug. qualiter
scilicet intellectus bonorum precedit
concupiscentiam eorundem. et ipsa
concupiscencia delectacionem. que
fit per fidem et charitatem.
qua habita vere bona est vo
luntas. qua recte viuitur.
Ipsaque fidei comes est. non
premia. Qui verba aug. pre
missa secundum hanc distinctionem
considerat. nullam ibi repugnan

ciam fore animaduertit. Non igitur
rans eciam ante graciam preueni
entem et operantem qua uoluntas
bona preparatur in homine.
precedere quedam bona ex dei
gracia et libero arbitrio quedam
eciam ex solo libero arbitrio.
quibus tamen vitam non meretur
nec graciam qua iustificatur.

Subiungit veritatis recapitulacionem

Illius enim gracie percipiende
que uoluntatem hominis sanat, ut
sanata legem impleat, nulla
merita precedunt. Hec est
enim qua iustificatus impius fit
iustus, qui prius erat impius.
Meritis autem impii non graci
a sed pena debetur. nec ista
esset gracia si non daretur gratuita

gratuita. Datur autem gratuita
quia nil boni ante feceramus.
Unde hoc mereremur. Non nega
mus tamen multa ante hanc gra
ciam. et preter hanc graciam ab
homine fieri bona per libe. arbi.
ut tradit Aug. in responsionibus
contra pelagianos. ubi dicit,
homines per liberum arbitrium a
gros colere. domos edificare.
et alia plura bona facere sine
gracia cooperante.

Comparat gratiam preue
mentem ad subsequentem
secundum identitatem et diuersitatem
inquirens utrum una eadem
que sit gracia que dicitur
operans et cooperans.

Hic considerandum est. cum pre
dictum sit per graciam operantem
et preuenientem uoluntatem hominis

liberari ac preparari ut bonum
velit. Et per graciam cooperantem
et subsequentem adiuvari ne fru
stra velit. Utrum una et eadem sit
gracia. i. unum munus gratis
datum quod operetur et coope
retur an diversa. alterum operans
et alterum cooperans. Quibusdam
non irrationabiliter videtur quod una
et eadem sit gracia. i. donum. Eadem
virtus que operatur et cooperatur.
Sed propter diversos eius effectus
et dicitur operans et cooperans. Operans
enim gracia dicitur in quantum
liberat et preparat voluntatem
hominis ut bonum velit. Coope
rans inquantum eandem adiuvat
ne frustra velit. scilicet ut opus
faciat bonum. Ypa enim gracia

Dicit Bern. operatur magna si est et hic [illegible]

nō est ociosa. sed meretur au

geri. ut aucta mereatur pfici

Comparat graciā ad vir

tutem ⁊ ad merendi effica

cia. inquirens qd sit ipa grā

⁊ quo meret augeri. ⁊ de t

bus generibus bonorū.

1 qto Si vero queratur quō ipsa

grā preuemens mereatur au

geri ⁊ perfici. cū nullū meritū

2 qto sit absq libero arbitrio. ⁊ quid

sit ipa grā. an virtus an nō

3 qto Et si virtus an actus uel non.

ut hoc apte insinuari valeat

premittendū est tria esse gnā

bonorū. Alia nanq sunt mag

Alia minima. alia media. ut

aug. ait in. i. li. retracta.

Virtutes inquit quibus recte

viuitur magna bona sunt.

Spēs aut quorūlibet corpor

sine quibus recte vivi pōt pōt
mīma bona sunt. Potentie vō
aī sine quibꝰ recte vivi non
pōt media bona sunt. Item vir-
tutibus nemo male utitur. Ce-
teris aūt bonis .i. mediis q mi-
nimis nō solū bene sed etiā
male quisq; uti potest. Et ideo
virtute nemo male utitur, qr
opus virtutis est bonꝰ usus
istorū quibꝰ etiā non bene
uti possumꝰ. Nemo aūt bene
utendo male utitur. Non solū
aūt magna sed etiā media
a mīma bona esse prestitit
bonitas dei. Ecce habes tria ge-
nera bonorū distincta.

In quibꝰ bonis sit libe. ar.

Queritur aūt in quibꝰ bonis

contineatur liberum arbitrium
De hoc aug. in .i. libro retra-
cta. ita ait. In mediis quidem
bonis invenitur liberum volun
tatis arbitrium. quia et male il
lo uti possumus. sed tamen tale est
ut sine illo recte vivere neque
amus. bonus autem usus eius iam
virtus est que in magnis re
peritur bonis. quibus male
uti nullus potest. Et quia bona
et magna et media et minima ex
deo sunt. sequitur quod ex deo sit
etiam bonus usus libere volunta
tis. qui virtus est. et in mag
nis numeratur bonis. Atten
de diligenter que dicta sunt et
confer in unum. Sic aperietur quod
supra querebatur. Dixit

equidem opus virtutis esse bo
nū vsum illorū bonorū quibus
etiā non bene vti possumus
i. mediorū in quibus posuit
liberū arbitriū cuius quoque bonū
vsū dixit esse virtutē Quod
si est nō est opus virtutis
quod supra dixit quia aliud
est virtus aliud opus eius.

Determinat quoem q̄ queritur
de comparacōe gr̄e ad v̄
tute solues s̄m opiōez cōiōez

Hic videndū est quid sit v̄tus
Et quid sit actus vel opus eius
Virtus est (ut ait Aug) bona
qualitas mentis qua recte
viuitur a qua nullus male v̄
titur quā deus solus in hoīe
operatur Ideoque opus dei tantū
est sicut de virtute iusticie Aug.

docet sup illū locū p̄s. ffeci
iudiciū ⁊ iusticiā / ita dicens /
Iusticia magna virtus animi
est / quā nō facit in homine
nisi deus / Ideoq; cū ait ꝓpheta
ex ꝑsona eclie. feci iusticiā.
non ipam virtutem (quā nō
facit homo) sed opus eius
intelligi voluit / Ecce aperte
insinuatur hic / q̄ iusticia in
homīe / non est opus hominis
sed dei. quod et de aliis virtu
tibus itidē intelligendū est.

De fide itidem dicit q̄
non est ex homine sed
ex deo tantum.

Nam de gr̄a fidei Ephesis
scribens apl's. silr fidem n̄
ex homīe sed ex deo tm̄ esse
asserit inquiens / Gratia est

saluati ꝑ fidem. Et hoc non ex
uobis. dei enim donum est. Quod
a sanctis ita exponitur. hec.
scz fides non est ex vi nature
nre. qz donum dei pure est.
Ecce et hic aperte traditur. q
fides no est ex libertate ar-
bitrii. sine ex arbitrio uolun-
tatis. quod superioribus. conso-
nat. ubi dictum est. gratiam
preuenientem uel operantem
esse virtutem. que uoluntatem
hominis liberat et sanat. Unde
aug. in li. de spiritu et litera
ait. Iustificati sumus no per
liberam uoluntatem. sed ꝑ gratiam
chri. non q sine uoluntate
nra fiat. sed uoluntas nra
ostenditur infirma ꝑ legem.

ut sanet gratia voluntatem

a sana voluntas impleat legē
de gratia que liberat vo
luntatem. q si virtus ē.
no est ex libero. a sic nō
est motus mentis.

Si igitur grā que sanat a
liberat voluntatem mentis
hominis virtus est. vel vna
vel plures. cū ipa gratia
non sit ex arbitrio voluntā
tis. sed ea ponūs sanet ac
preparet vt bona sit. con
sequatur. ut virtus non sit ex
libero arbitrio. a ita non sit
motus vel affectus mentis
ai erit motus vel affectus
mentis sit ex libero arbitrio
. sed homis ex gra est libe
ro arbitrio. malus vo ex libero

arbitrio tm̄ Vnde em̄ ait aug.
in li. retracta. homo sponte
a libero arbitrio cadere potuit
Non etiā resurgere. Idem in li
bro de duabus aīabus. Anime
si libero ad faciendū a non fa
ciendū motu animi careant.
si denique his abstinendi ab
ope suo ptas nulla conceditur
Earū pctm̄ tenere non possu
mus. hic apte ondit̄ q̄ mo
tus animi sive ad bonū sive
ad malū ex libero arbitrio ē
Ideoq̄ si grā vel vtus motus
est. ex libero arbitrio est. Si
vero ex libero arbitrio vel ex
pte est. iā non solus deus sine
homine eā facit. Propterea
quidam non inerudite tradunt

virtutē esse bonaz mentis q̄
litatē. sine formā que aniaz
informat. et ipa non est motus
vel affectus animi. sz ea libe
rū arbitriū iuuatur. ut ad bo
nū moueatur et erigatur. et
ita ex virtute et libero arbitri
o nascitur bonus motus vel affe
ctus animi. et exinde bonum
opus procedit exterius. Sicut
pluuia rigatur terra ut ger
minet et fructū faciat. nec
pluuia est terra. nec germē
nec fructus. nec terra germen
vel fructus. nec germen fructus
Ita gratis terre mentis nostre
i. libero arbitrio voluntatis.
infunditur pluuia diuine bene
dictōis. i. inspiratur gracia.

quod solus deus facit. non ho
cum eo qua rigatur uoluntas ho
minis ut germinet et fructificet
i. sanatur et preparatur ut bonum
velit secundum quod dicitur operans et
iuuatur ut bonum faciat secundum
quod dicitur cooperans et illa gratia
virtus non incongrue nominatur
quia uoluntatem hominis infirmam
sanat et adiuuat.

Determinat questionem qua queritur de operatione gratie et virtutis ad meritum

Cum ergo ex gratia dicuntur
esse bona merita et incipere
aut intelligitur gratia gratis dans
i. deus. uel potius gratia gratis
data. que uoluntatem hominis pre
uenit. Non enim est magnum
si hec a deo dicerentur esse a

quo sunt oia / sed potius eius
gratia gratis data intelligitur
Ex qua incipiunt bona merita
que cum ex sola gratia esse dicantur
Non excluditur liberum arbitrium
quia nullum meritum est in homine
quod non sit per liberum arbi.
sed in bonis merendis cause
principalitas gratie attribuitur
Quia principalis causa bono
rum meritorum est ipsa gratia.
qua excitatur liberum arbitrium
et sanatur atque iuvatur volun
tas hominis ut sit bona.
Quia bona voluntas gra
tie principaliter est. et etiam
gratia est. sic et omne bonum meritum
Que ipsa etiam donum dei est.
et hominis meritum. immo gratie
quia ex gratia principaliter est et gratia

est. Unde Aug. ad Sixtum presbyterum. Quid est meritum hominis ante gratiam. Cum omne bonum nostrum meritum non in nobis facit nisi gratia. Ex gratia enim ut dictum est que prevenit et sanat arbitrium hominis. Et ex ipso arbitrio procreatur in anima hominis affectus sive bonus motus mentis. Et hoc est primum bonum hominis meritum. Sicut vero gratia ex fidei virtute et hominis arbitrio generatur in mente motus quidam bonus et remunerabilis scilicet ipsum credere. Ita ex charitate et libero arbitrio alius quidam motus bonus provenit scilicet diligere bonus valde. Sic de ceteris virtutibus intelligendum est.

esse. et sui boni motus vel
affectus merita sunt et dona
dei quibus meremur et ipsorum
argumentationes et alia que con
sequenter hic et in futuro no
bis apponuntur

Ex qua ratione dicitur fides
mereri iustificationem et alia

Quum ergo dicitur fides mere
ri iustificationem et vitam eternam
Ex ea ratione dictum accipitur
quia per actum fidei meretur illa
Similiter de charitate et iustitia et
de aliis accipitur. Si enim fi
des ipsa virtus preveniens
diceretur esse mentis actus
qui est meritum. Nam ipsa ex li
bero arbitrio originem habet.
quod quia non est sic dicitur esse

meritū · quia actus est eius me
ritū · si tn̄ assit charitas sine q̄
nec credere nec sperare meri
tū est vite · Unde apparet ve
re quia charitas est spūs sanctus
qui anime qualitates informat
et sanctificat · ut eis anima in
formetur et sanctificetur · sine
qua anime qualitas nō dr̄
virtus · qz nō valet sanare aīaz

De numeribus vtutū et de gr̄a q̄ nō est sz facit meritū

Ex numeribus itaqz vtutū boni
sumus et iuste viuimus · et ex gr̄a
que nō est meritū sed facit · n̄
tn̄ sine libero arbitrio pueni
unt merita nr̄a scz boni affe
ctus · eorūqz progressus · atqz
bona opera · q̄ deus remuneat

in nobis. et hec ipsa sunt dei
i dona. Unde aug ad sixtum pre
sbyterum. Cum coronat deus
merita nostra. nil aliud coronat
quam merita sua. Unde vita eterna
que in fine a deo meritis pre
cedentibus redditur. quia et eadem
merita quibus redditur. non
a nobis sunt. sed in nobis
facta sunt per gratiam. recte
et ipsa vita gratia nuncupatur
quia gratis datur. Nec ideo
gratis. quia non meritis datur
Sed quia data sunt per gratiam
et ipsa merita quibus datur.

Epilogus

Ex premissis iam innotescere
nobis aliquatenus potest. qualiter
gratia preveniens meretur augeri

et alia. Et quid ipsa sit. an virtus
an aliud. Et si virtus. an sit a-
ctus vel non. Ostensum enim est
supra ex parte quorundam quod
ipsa est virtus. quia virtus non
est actus sed eius causa. non
tamen sine libero arbitrio. Unde
quod supra Aug. dixit. bonum
usum liberi arbitrii esse vir-
tutem. ita accipi potest idem
actum virtutis. alioquin sibi
contradicere videretur. qui eci-
am opus virtutis supra dixit
esse bonum usum eorum quibus
non bene uti possumus. in quibus
posuit liberum arbitrium. Si vero
bonus usus liberi arbitrii opus
virtutis est. iam virtus non est.
cum ergo bonum usum eius virtutem

esse dixit / nomine virtutis ipsi
us usum significavit.
Quod idem usus est virtutis et li
beri arbitrii sed virtutis principaliter
Idem nempe usus bonus ex vir
tute est et ex libero arbitrio / sed
sed ex virtute principaliter. Et bonus
ille usus in magnis bonis an
numerandus est. Illa autem gratia pre
veniens que et virtus est / non usus
liberi arbitrii est / sed ex ea potius
est bonus usus liberi arbitrii / que
nobis est a deo / non a nobis. Usus
vero bonus arbitrii et ex deo est et ex
nobis / et ideo bonum meritum est
Ubi enim solus deus operatur / hic
deus et homo / hoc meritum ex illa pu
rissima gratia provenit / quod apostolus
notavit dicens Gratia dei sum id quod

sum. Et gratia eius in me vacua
non fuit. Super quem locum Aug. ita
ait Recte gratiam nominat. Primum
enim solam gratiam dat deus. Et non
nisi gratiam. Cum non precedunt nisi
mala merita. Sed post per gratiam
incipiunt merita bona. Et ut ostenderet
etiam liberum arbitrium. Addit.
Et gratia eius in me vacua non fuit.
Et ne ipsa voluntas sine gratia
dei putetur aliquid boni posse.
Subdit. Non autem ego solus scilicet
sine gratia sed gratia dei mecum. i.
cum libero arbitrio. Plane cum
data fuerit gratia. incipiunt esse
nostra merita bona. Per illam tamen quia
si illa defuerit. cadit homo.

Soluit quaestionem secundo motam
secundum opinionem quae minus communiter
tenetur quae dicit virtutes esse

bonos usus liberi arbitrii
.i. actus mentis

Alii vero dicunt virtutes esse
bonos usus naturalium poten
ciarum non tamen omnes sed tantummodo
interiores qui in mente sunt exteri
ores vero qui per corpus geruntur
non virtutes esse dicunt sed opera
virtutum Et ideo quod Aug. dicit
opus virtutis esse bonum usum
naturalium potenciarum de usu
exteriori accipiunt Quod vero dicit
bonum usum liberii arbitrii
virtutem esse et in magnis
numerari bonis de usu inte
riori intelligunt Et virtutes nil
aliud esse quam bonos affectus
vel motus mentis asserunt
quod deus in homine facit non ho

Quia licet illi motus sint li
beri arbitrii, non tamen esse que
unt nisi deus ipsum liberet et
adiuvet gratia sua operante
et cooperante, quam dei gratuitam
voluntatem accipiunt, quia deus
est qui operatur in nobis vel
le et operari bonum.

Quibus auctoritatibus mu
niunt quod virtutes sint motus mentis

Quod autem virtutes sint motus
mentis, testimoniis sanctorum astru
unt. Dicit enim Aug. super Joh.
Quid est fides? Credere quod
non vides. Credere autem mentis
motus est. Idem in li. iii. de
doctrina christiana. Charitatem
autem voco motum animi. Si vero
charitas et fides motus animi

sunt virtutes ergo motus animi sunt
Quibus et alii respondentes premis
sa verba Aug. ita intelligenda fore
inquiunt fides est credere quod
non vides. vel fides est virtus
qua creditur quod non videtur
Item charitas est motus animi
vel gratia qua movetur animus ad di
ligendum Et quod hec et his
similia sic accipienda sint ex
his coniicitur que alibi augu.
ait. Nam primo libro quaestionum
euangelii inquit Est fides qua
creduntur ea que non videntur
que proprie dicitur fides Item in xiii.
li. de tri. Aliud sunt ea que cre
duntur aliud est fides qua credun
tur Ex quibus verbis sic argu
mentando procedunt Aliud est

credere · aliud illud quod creditur
predictum autem est fidem id esse quod
creditur. Sic ergo credere non est
fides quia credere non est id quo
creditur. Addunt quoque · virtus opus
dei tantum est quam ipse solus facit
in nobis. Ipsa ergo non est usus
vel actus liberi arbitrii. sed cre
dere est actus liberi arbitrii.
non est itaque virtus. premissis
aliisque rationibus ac testimoniis
innituntur utrique. horum autem iudi
dicium diligentis lectoris relin
quo examini · ad alia properans
Ponit improbationem here
sis pelagiane que circa
potestate li. ar. errabat.
Id vero incontinuisse et incontinenter
teneamus liberum arbitrium sine
gratia preveniente et adiuvante

nō sufficere ad salutem et iusticiam obtinendā. nec meritis p̄cedentibus grām dei aduocari. sicut pelagiana heresis tradit. Nam ut ait Aug. in .i. li. retra. Noui heretici pelagiani liberū sic asserunt uoluntatis arbitrium. ut gratie dei nō relinquāt locū. quā sm̄ merita nr̄a dari asserunt. Pelagianorū heresis oīm recentissima a pelagio monacho est exorta. Hii dei gratie qua p̄destinati sumus. Et qua meruimus de p̄tate tenebrarū erui. intantū inimici sunt. ut sine hac credāt hoīes posse facere oīa diuina mādata. Denique pelagius a fr̄ibus increpatus q̄ nil tribueret adiu-

torio gratie dei ad eius mandata
facienda / non eam libero arbitrio
preponebat / sed infideli callidita
te supponebat dicens. ad hoc
eam dari hominibus / ut que fa-
cere per liberum arbitrium iubentur
facilius possint implere per gra
tiam / Dicendo utique facilius pos
sint / voluit credi. et si difficilius
tamen posse homines sine gratia facere
iussa divina / Illam vero gratiam dei
sine qua nihil boni possumus
facere / non esse dicunt / nisi in
libero arbitrio / quod nullis suis
precedentibus meritis / ab illo
accepit nostra natura / ipso ad
hoc tantum iuvante nos per suam
legem atque doctrinam ut disca
mus / que facere et que sperare

debeamus. Non aut ad hoc p
donu spusancti. ut que didice
rimus esse facienda faciamus.
Ac p hoc diuinitus nobis da
ri sciencia confitentur. qua
ignorancia pellitur. charita
tem aut negant diuinitus da
ri qua pie vuntur. ut scz sit
donu dei sciencia. que sine cha
ritate inflat. et no sit donum
dei ipa charitas. que ut scia
no inflet edificat. Destru
unt etia oraciones quas facit
eclia sine pro infidelibus et
doctrine dei resistentibus vt
conuertantur ad deu. sine pro
fidelibus ut augeatur eis
fides et pseuerent in ea. Hec qp
pe no ab ipo accipe. sz a se

ipis hoies habere contendut.
gratia dei qua liberamur ab
impietate dicentes sm merita
nra dari. parvulos eciam sine
ullo pcti originalis vinculo
asserunt nasci.

Rndet ad pelagianoz ar
gumentacoes qua dicunt
nllm esse culpandu si no
vitat uel facit illud quod
est sibi ipossibile. ex quo
sumuntur due racoes. qs
ingr duabus improbat rnsis

Qz vero dicut sine gra homines
p liberz arbitriu oia iussa im
plere. limoi inductoibus muni
unt. Si inquiunt no potest ea
facere homo que iubentur. no
est ei imputandu ad mortem
Sicut tuipe Aug. in li. de li.
ar. asseris. Quis inquis peccat

in eo quod nullo mō caueri pt
peccatur aut · caueri ergo potest.
hoc testimonio Aug. pelagius
vsus est disputans aduersus
eū · imo aduersus graciā sic
aug. in li. retracta · illud et ali
a hmōi retractās ꝯmemorat
inquiens In his atq; hmōi
verbis meis qz grā dei cō
memorata nō est de q̄ tunc
nō agebatur putāt pelagi
ani suā nos tenuisse senten
ciam sz frustra hoc putant
Voluntas quippe est qua pec
catur et recte viuitur quod his
verbis egimus sed ipa nisi
dei grā liberetur et vicia superet
et adiuuetur recte a mortali
bus vini nō potest Ecce aperte

determinat ex quo sensu illa
dixerit inimicos gratie refellens.
Similiter et imitebatur pelagius
verbis Aug. contra gratiam
qui in li. de duabus animabus dicit.
Peccati inquit reum tenere quem
quam. quia non fecit quod facere
non potuit summe iniquitatis
et insanie est. Hiis auditis exi
lyt pelagius dicens. Cur ergo
parvuli et illi qui non habent
gratiam sine qua non possunt fa
cere mandata divina rei tenentur.
Hoc autem qua occasione dixerit
in li. retracta. pelagio respondens
aperit. Id enim contra manicheos
dixit qui in homine duas naturas
esse contendunt. Unam bonam ex deo
Alteram malam ex genere tenebrarum

que nunquam bona fuit / nec bo
num velle potest / quod si esset / non
videretur ei imputandum esse si
non bonum faceret.

Respondet ad illud quod pe
lagius dicebat quod nil est
tam in nostra potestate quam volun
tas. ac si diceret bonum
vel malum operari nostra vo
luntatem est sine gratia dei.

Alibi etiam Aug. dicit quod huic
gratie contradicere videtur / qua
iustificamur / Ait in li. contra ad
amantium manichei discipulum
Nisi quisque voluntatem suam
mutaverit / bonum operari non potest
Quod / in nostra potestate esse positum
dominus docet ubi ait / Aut facite
arborem bonam et fructus eius bo
nos etc. Quod Aug. in retracta
tionibus non esse contra gratiam dei

Ideo 28

quā predicamus ostendit in po-
testate quippe hominis est muta-
re in melius voluntatem. Sed
ea potestas nulla est nisi a deo de-
tur de quo dictum est. Dedit e-
is potestatem filios dei fieri. Cum
enim hoc sit in potestate nostra quod cum
volumus facimus nil tam est
in potestate nostra quam ipsa volun-
tas. Sed preparatur a domino
voluntas. eo ergo modo dat po-
testatem. Sic etiam intelli-
gendum est quod in eodem ait
scilicet in nostra potestate esse ut
vel inseri bonitate dei vel ex-
cidi eius severitate merea-
mur. Quia in potestate nostra non
est nisi quod nostram sequitur
voluntatem que cum preparatur

a domino · facile fit opus pie
tatis · etiam illud quod impos
sibile · et difficile fuit
Respondet ad illud quod pela
gianus dicebat · quod cre
dimus nostrum est · quod autem bo
num operamur illius est · et
quod traxit ex duobus locis
ab Aug · ad quod magis
ter duo ponit responsa ·

In expositione quoque quarundam
propositionum epistole ad Ro · quedam
Aug · interserit que videntur
huic doctrine gratie adversari
Ait enim · Quod credimus nostrum
est · quod autem bonum operamur
illius est · qui credentibus dat
spiritum sanctum · Et paulo post ·
Nostrum est credere et velle · illius
autem dare credentibus et volentibus
facultatem bene operandi et spiritum

sanctū. Que qualiter intelli
gi debeant Aug. in libro retr.
aperit dicens. Verū est quidē
a deo esse quod operamur bonū
Sed eadem regula utriusq; est
et uolendi scz et faciendi. Et utrū
q; ipius est. qr ipe preparat
uolūtatem. et utrūq; nrm est.
qr nō fit nisi uolentibus nobis.
Illa itaq; profecto nō dixisset
Si iā scirem etiam ipam fidem
inter spūsscti munera reperiri.
Illud etiā diligenter est in
spiciendū quod Aug. in li. sen
tenciarū prosperi ait. scz quia
posse habere fidem. sicut posse
habere charitatem. natura est
est hoīm. habere aut fidem
sicut habere charitatē. gracia

est fidelium. Quod non ita dictum
est tanquam ex libero arbitrio va-
leat haberi fides vel charitas.
Sed quia aptitudinem naturalem
habet mens hominis ad cre-
dendum vel diligendum que dei
gratia preuenta credit et dili-
git. quod sine gratia non valet.

Subiungit catholice veritatis expressionem.

Ideo de gratia et libero arbitrio
indubitanter teneamus. quod
hiero. in explanatione fidei
catholice ad damasum papam
iouiniani et manichei ac pe-
lagii errores collidens doc.
liberum inquit sic confitemur
arbitrium. ut dicamus nos semper
indigere dei auxilio et tam

illos errare qui cum manicheo
dicunt hominem peccatum vitare
non posse. quia illos qui cum Jo
uiniano asserunt hominem non
posse peccare. uterque tollit
arbitrii libertatem. Nos vero
dicimus hominem semper et pec
care et non ~~posse~~ peccare. ut
nos semper liberi confiteamur
esse arbitrii. Hec est fides quam
in catholica ecclesia didicimus.
et quam semper tenuimus.

Inquirit utrum liberum
arbitrium hominis ante lap
sum eguerit gratia ope
rante et cooperante.

Post hec considerandum est utrum
homo ante peccatum eguerit gratia
operante et cooperante. Ad quod bre
uiter dicimus. quia non cooperante

tm. sed etiam operante gratia indi
gebat. non quidem secundum omnem
operandi modum operantis gratie
Operatur enim liberando et preparan
do voluntatem hominis ab bonum
Egebat itaque homo ea. non ut libe
raret voluntatem suam que peccati
serva non fuerat. sed ut pre
paret ad volendum efficaciter
bonum quod per se non poterat
Non enim poterat bonum mereri
sine gratia. ut Aug. in Ench.
evidenter tradit. Illam inquit
immortalitatem in qua poterat
non mori natura humana per
didit per liberum arbitrium.
Hanc vero in qua non poterat
mori acceptura est per gratiam. quam
fuerat si non peccasset acceptura

per meritū. Quāuis sine gra-
cia nec tunc vllum meritū
esse potuisset. Quia si ipm̄ pec-
catū in solo erat arbitrio con-
stitutū. Non tn̄ iusticie haben-
de vel retinende sufficiebat
liberū arbitriū. Nisi dummodo
preberet adiutoriū. Ecce his v̄-
bis satis ostenditur quod ante pec-
catū homo indigebat gracia
operante et cooperante. Non enim
habebat quo pedem mouere
posset sine gracie operantis
et cooperantis auxilio. Habuit
tn̄ quo poterat stare.

Vtrū homo an̄ lapsum gra-
ciam et v̄tutes habuerit

Preterea queri solet vtrum
homo an̄ lapsū v̄tutē habuerit

Quibusdam videtur quod non ha
buerit. Id ita probare conan
tibus. Iusticiam inquiunt non
habuit. quia preceptum dei contem
psit. Nec prudenciam. quia sibi
non providit. Neque temperanci
am. quia aliena appetiit. Nec
fortitudinem. quia prave suggesti
oni cessit. Quibus respondentes
dicimus Adam quidem non tunc
habuisse has virtutes quando
peccavit sed ante. A tunc ami
sisse. Quod multis sanctorum testimo
niis comprobatur. Ait enim Aug.
in quadam omelia. Adam perdita
charitate malus inventus
est. Item princeps vicinorum dum
vicit Adam de limo terre ad
imaginem dei factum. Pudicicia

armatū. temperantia cōposi
tū. charitate splendidū. pri
mos parentes illis dotis
ac tantis bonis expoliauit
pariterq; peremit. De hoc eo
dem Amb. ad sabinū ait. qn̄
Adam solus erat nō est p̄ua
ricatus. qz eius mens deo ad
herebat. Sup ps. qz dicit. q
homo an̄ peccatū beatissimus
auram carpebat ethereā. Sed
quo sine virtute bt̄issimus
Aug. qz sup Gen. dicit Adā
an̄ peccatū spiritali mente
preditū fuisse. Nō est ergo dubi
tandū hoīem ante peccatū
virtutibus fulsisse. Sed illis
p peccatū expoliatū fuisse.

Determinat cuiusmoi pena

homo fuit punitus ppter
pctm. s. pena eiectois de paradiso.

In illius quoque pcti penam
eiectus est de paradiso in istum
miseriarum locum. sicut in genesi
legitur. Nunc ergo ne forte mit
tat manum suam et sumat de ligno
vite. et comedat et viuat in e
ternum. emisit eum deus de pa
diso voluptatis. Hiis verbis
insinuari videtur quod nunquam
moreretur. si postea de illo
ligno sumpsisset.

Quomodo intelligendum sit il
lud ne sumat de ligno vi
te et comedat et viuat in eternum

Sed quia per pctm iam mortuum
corpus habebat. illa verba ex
tali intellectu accipi possunt.
Deus ~~mo~~ more irati loquens. De

homine superbo ait. Videte ne
forte mittat manum suam etc. id
est. cavete vos angeli ne comen-
dat de ligno vite quo indi-
gnus est. De quo si prestitisset
comederet et viveret in eternum.
Sed modo propter inobedienciam
indignus est comedere. Et sicut
verbo dixit. ita opere exhibu-
it. Emisit enim eum deus de pa-
radiso voluptatis in mundum istum
locum sibi congruum. sicut plerumque
malus cum inter bonos vivere
ceperit. si in melius mutari nolu-
erit. de bonorum congregacione pel-
litur. pondere prave consuetudi-
nis pressus.

De flameo gladio ante pa-
radisum posito.

Ne vero ad illud posset accedere
collocavit deus ante paradi
sum cherubin et flammeum
gladium atque versatilem ad cu
stodiendum viam ligni vite. Ad
iuxta litteram potest hoc modo
accipi. Quia per ministerium
angelorum ignea custodia ibi
constituta fuit. Hoc enim per
celestes potestates in paradiso vi
sibili factum esse credendum est
Ut per angelicum ministerium ibi
esset quedam ignea custodia.
Non tamen frustra. sed quia aliquid
significat de paradiso spirituali
Cherubin enim interpretatur ple
nitudo sciencie. Hec est charitas
quia plenitudo legis est dilectio
Gladius autem flammeus pene tem

porales sunt. q̄ uersatiles sunt

Quia tempora uolubilia sunt
cherubin et flammeus gladius
illa ergo ad custodiā ligni vi-
te ideo posita sunt an̄ paradisū
plestis
q̄z ad vitā non reditur nisi per
cherubin scz plenitudinē scien-
cie. i. charitatē. et p gladiū v-
satilem. i. tollerantiā passionū
temporalium.

Determinat dubiū ortū ex
predictis. an scz ho an̄
pctm̄ comederit de ligno uite

Potest aut̄ queri vtrz de ligno
vite an̄ pctm̄ comederit ho
De hoc Aug. in li. de baptis.
par. sic ait Recte profecto in-
telliguntur primi homines
ante malignā diaboli psuasionē
a ligno sp̄e boni et mali
abstinuisse a cibo vetito. atq; vsi
alijs fructibus uigere
fuisse concessis. his vbis ondit

q de ligno vite an peccatum
sumpserit. quibus preceptum
erat ut de omni ligno paradisi
comederint. nisi de ligno sci-
entie boni et mali.

**Quare non sunt facti im-
mortales si comederent de ligno vite.**

Quare ergo perpetua soliditate et
beata immortalitate vestiti non sunt
ut nulla infirmitate vel etate
in deterius mutarentur. Hanc enim
virtutem naturaliter illud li-
gnum habuisse dicitur. Sed forte
hoc non conferebat nisi sepe
de illo sumeretur. Potuit ergo
fieri ut de illo sumeret semel
et non sepius. qui per aliquam
moram in paradiso fuisse intel-
ligitur. Cum scriptura dicat.

eū ibi soporatū fuisse · quādo
costa de latere eius assumta
est · ⁊ inde formata mulier ·
⁊ amālia ante eū ducta qui
bꝰ nomīa imposuit ·
Ponit partē phenialē
ondens q̄ ꝑ adā pctm ⁊
pena trāsijs in posteros ·
In superioribꝰ insinuatū est ·
licet ex parte (nō eīm perfecte
sufficimꝰ exponere) qualit'
primꝰ homo deliquerit ⁊
quā pro pcto penā subierit
quibꝰ adijciendū est peccatum
sil' ac penā ꝑ eū transisse in
posteros ⁊ sic aplꝰ ostendit
inquiens ⁊ sicut per vnū ho
miēm pctm in hunc mundū
intrauit ⁊ ita in omēs homi
nes mors ꝑtransijt ·

dis. 30.

determinat propositum principa
le. ostendens utrum illud peccatum
fuerit originale. vel actuale.

Hic primo videndum est.
quod fuit illud peccatum. originā
le scilicet an actuale. et si de origina
li intelligatur. consequenter quid sit ori
ginale peccatum. et quare dicatur
originale. et quomodo pertransit vel
pertranseat in omnes diligenter in
vestigandum est. Quibusdam pla
cuit de peccato actuali ade illud
accipere. assentibus hoc apostolum
sensisse cum inferius ait. Sicut per
inobedientiam unius hominis peccatores
constituti sunt multi. ita etc.
Evidenter inquiunt etiam ipso nomine
exprimit apostolus peccatum. quod per unum
hominem intravit in mundum. scilicet inobe
dientiam. Inobedientia vero peccatum actuale est.

Quo pctm intrasse in mundu dicunt.

Hoc aut dicut intrasse in mundu non traductoe originis. sz si militudine pvaricatois. omesqz in illo vno peccasse dicut. qz oibus ille vnus peccadi exemplu extitit. Hoc male senserut quida heretici qui dicti sut pelagiani. De quibus aug. in li. de baptismo pvulorz comemorat dicens. Sciedu est inquit hereticos quosda qui nominati sunt pelagiani dixisse pctm pme trasgressionis in alios hoies no pagatoe. sz imitatoe transisse. Vn etia in pvulis nolut crede p baptismu solui originale peccatu. qd in nascentibus nullu esse

omino ꝯtendunt / sz eis dicitur
Quia si aplus pctm imitacois
no ꝓpagacois intelligi uoluisset
eius pncipem no adam sz diabo
lum diceret / de quo in li. Sap. dr. In
uidia diaboli mors intrauit in or
bem terrarum / Et qr no uult intelli
gi hoc esse factum ꝓpagacoe sed
imitacoe / ꝯtinuo subiunxit scriptu
ra / imitantur aut eum qui sunt
ex parte ipius / imitantur quidem
adam quotquot per inobedienciam
transgrediuntur mandatum dei / Sed
aliud est / quod exemplum est uo
luntate peccantibus / aliud quod
origo est cum pcto nascentibus / No
est igr accipiendum pctm ade
transisse in oes imitacois tm ex
emplo / sz ꝓpagacois a origis vicio

dis. 30

Hic aperit illud esse peccatum originale quod transit in posteros

Et est illud peccatum originale ut aperte Aug. testatur quod per adam transiuit in omnes per eius carnem viciatam concupiscencialiter generatos.

Supposito quod peccatum primorum parentum sit originale inquirit utrum sit pena uel culpa

Quod diligenter investigandum est quid sit. de hoc enim sancti doctores sub obscuritate locuti sunt atque scolastici doctores varia senserunt. Quidam enim putant originale peccatum esse reatum pene pro peccato primi hominis ~~actuali peccato~~ ~~quia pro illo~~ id est debitum uel obnoxietatem quia obnoxii et addicti sumus pene temporali et eterne pro primi hominis actuali peccato quia pro illo

ut aiunt omnibus debetur pena
eterna, nisi per gratiam liberentur. Iuxta
horum sententiam oportet dici ori
ginale peccatum, nec culpam esse
nec penam. Culpam non esse ipsi
fatentur, pena quoque secundum eos esse
non potest. Quia si debitum pene
originale peccatum est, cum debitum
pene non sit pena, nec origi
nale peccatum est pena. Quod eci
am quidam eorum admittunt, di
centes in scriptura originale
peccatum sepe nominari reatum.
Et reatum ibi intelligunt (ut di
ctum est) obnoxietatem pene, et
ea ratione asserunt peccatum origi
nale dici esse in parvulis, quia
parvuli pro illo primo peccato
rei sunt pene, sicut pro peccato

dis. 30.

iniqui parentis aliquando exu
lant filii secundum iusticiam fori.
Ex originale peccatum est
culpa auctoribus probat.
Sed quod originale peccatum culpa
sit pluribus sanctorum testimoniis
edocetur super Exodum ubi dicit
primo genitum asini mutabis
oue. Greg. ait. Omnes in peccatis
nati sumus et ex carnis delecta
cione concepti culpam originalem
nobiscum traximus. Unde et uolun
tate nostra peccatis implicamur
Ecce culpam originalem dixit
nos trahere. Unde constat origi
nale peccatum culpam esse. Aug.
quoque in li. de natura et gratia. de
hoc eodem sic ait. Omnes (ut a
it apostolus) peccauerunt. utique

vel in seipsis vel in adam. quia
ture humane in prima cō
dicōe. in qua creati sine uicio
sumus / que p̄prie natura d'r

Fuit enim homo creatus in uo
luntate rectus. Unde in ecclesiasti
cis dogmatibus scriptum est. Fir
missime tene primos homines
bonos et rectos esse creatos
cum libero arbitrio quo pos
sent si uellent propria uolun
tate peccare. eosque non neces
sitate. sed propria uoluntate
peccasse. Recte ergo dicitur homo
naturaliter uelle bonum. quia in
recta et bona uoluntate con
ditus est. Superior enim scintil
la rationis que etiam ut ait
hiero. in chain non potuit ex
tingui. bonum semper uult et
malum semper odit. Alium autem
dicunt motum esse mentis quo
mens relicta superiori lege

Dis 39

subiicit se pctis · eisq oblec-
tatur · Hsce motus ut aiunt · an
q assit alicui gra · dnatur
et regnat in hoie · alterumq
deprimit motum · vterq tn
ex libero arbitrio est · Veniente
aut gracia ille malus motus
elidit · et alter naturaliter bo-
nus liberatur et adiuuatur ·
vt efficaciter bonum velit ·
Ante gram vero licet naturaliter ho
velit bonum · no tn absolute
concedi oportet bonam hre-
uoluntatem · sed potius malam · Alii
aut dicunt · vnam esse uoluntatem
· i · vnum motum quo naturaliter vult ho
bonum · et ex vicio vult ho malum
Eoq delectatur · et inquantum vult
bonum naturaliter bonus est · inquantum

malū velt. malus est.

Ondit q̄ actus pēsari habeant boni vel mali ex intencione vel fine.

Post hec de actibus adiciendū videtur. Vtrū et ipi ex fine sic uoluntas pensari debeāt boni vel mali. Licet enim sm quosdam oēs boni sint inquantum naturaliter sunt. nō tn absolute dicendi sunt oēs boni. nec oēs remūabiles. sed quidā simpliciter mali dicuntur. sic et alii boni.

Nam simpliciter ac vere sūt boni illi actus qui bonam hnt cām et intencōem. i. qui uolūtatem bonā comitantur. et ad bonum finem tendūt. Mali vero simpliciter dici debent q̄ peruersam habēt causam et intencōem. Vn Amb.

Dis 40

ait Affectus tuus opi tuo no-
men imponit. Et Aug. sup ps
xxxi. Nemo computet opa bona
sua an finem. Ita enim videtur
mihi esse ut magne vires et
cursus celerrimus preter viam
quia ubi ipsa fides non erat bo-
num opus non erat. bonum
enim opus intencio facit. inten-
cionem fides dirigit. Non val-
de attendas quid homo faciat
Sed quid cum facit attendat.
quo lacertos optime gubernacio-
nis dirigat. Hiis testimoniis
insinuari videtur ex affectu et fine
opa bona esse vel mala. Qui-
bus consonat quod veritas in e-
uangelio ait. Non potest arbor
bona fructus malos facere.

neq3 arbor mala fructus bonos
facere. Nomine arboris no nā
humane mentis. sed uolūtas
intelligit. que si mala fuerit
non bona. sz mala opa facit
Si vo bona fuerit. bona nō
mala facit opera.
Inquirit vtrū generalr hoc
sit verū. q bonitas opm
causetr ex bonitate intē
cōis. recitās multorū opiōes
Sed queritr vtrū oīa opa ho
mīs. ex affectu ⁊ fine sint bo
na vel mala. Quibusdam ita
videtr esse qui dicūt omēs
actus esse indrentes. ut nec bo
ni nec mali ꝑ se sit. sz ex
intencōe bona bonus. ⁊ ex
mala malus sit oīs actus.
Secūdum quos qlibet actus

Dis. 70.

pt esse bonus. si bona inten
cione gerat. Alijs aut videtur
quod quidam actus in se mali sit
ita ut non possint esse nisi pec
cata. etiam si bonam habeant
causam. et quidam in se boni
Et si malam habeant causam
Non tamen boni esse desinant.
Quod testimonio Aug. confir
mant. qui dicit bonum aliquem
non bene fieri. Quod enim quis
invitus vel necessitate fa
cit. non bene facit. quia non
bona facit intencione. ut ait
Aug. super Joh. Similis inquit
timor non est in charitate
in quo quamvis credatur deo. non
tamen in deum. et si bonum fiat. non
tamen bene. Nemo enim invitus

bene facit. etiam si bonum
est quod facit. Ecce habes quod
aliquis non bene facit illud quod
bonum est. facit ergo quod bo
num est. intencione non bona
Ideo asserunt illi quedam opera
esse talia que sic bona sunt
quod mala esse non possunt quocum
que modo fiant. Sicut ergo quedam
sic sunt mala ut non possunt esse
bona quecumque ex causa fiant
Alia autem esse opera que ex fi
ne vel ex causa bona sunt
vel mala. Et ad illa refert
sanctorum testimonia quibus ex
affectu vel intencione iudicium
operum pensari dicunt. Tripar
titam edunt isti differentiam actuum.
Confirmat alteram illarum
opinionum auctoritate Aug. q

Ldis 90

iudicat opa ex intencoe et
ca pter ea q p se sut pcta

Sed Aug. euidentissime docet
in li. q mendacium oes actus sm
intencoem et causam iudicandos
bonos vel malos / pter ter qs
dam / qui ita sut mali ut nunqz
pnt esse boni / eciam si videan
tur hre bonam causam / Inter
est inquit plurimum / q causa
quo fine / qua intencoe quid
fiat / Sed ea que constat esse
pcta / nllo bone cause obtentu
nllo quasi bono fine / nlla ve
lut bona intencoe facienda sut
Ea quippe opa hoim / si causas
habuerit bonas vel malas
nunc sut bona / nunc mala
que no sut per seipa pcta.

sicut victum prebere pauperibus
bonum est. si fit causa miseri
cordie cum recta fide. et concubitus
coniugalis. quando fit causa gene
randi. si ea fide fiat ut gignantur
nantur regenerandi. hec rur
sus mala sunt si malas habe
ant causas. velut si iactancie
causa pascitur pauper. aut la
scivie causa cum uxore concubitur
Aut filii generantur non ut deo
sed ut diabolo nutriantur. Quum
vero opera ipsa per se peccata sunt
ut furta. stupra. blasphemie.
quis dicat causis bonis esse
facienda. vel peccata non esse
vel quod est absurdius iusta
peccata esse. Quis dicat fu
rentur divitibus ut habeamus

quod demus pauperibus. aut
falsa testimonia proferamus
non ut inde innocentes ledan
tur. sed potius saluentur. Duo
enim bona hic sunt. ut inops
alatur. et innocens non puni
atur. aut quis dicat adul
terium esse faciendum. ut per
illam cum qua fit homo de mor
te liberetur. Testamenta etiam
vera. cur non supprimimus. et
falsa supponimus. ne hereditates
habeant qui nil boni a
gunt. sed hi potius qui indigen
tes adiuuant. Cur non fiant
illa mala propter hec bona.
si propter hec bona. nec illa
sunt mala. Cur non ab im
mundis meretricibus que ditant

stupratores · rapiat diuici-
as vir bonus ut indigentibus
eas largiatur · cum nullum malum
sit · si pro bono fiat · Quis hec
dicat · nisi qui res humanas
moresque conatur et leges subuer-
tere · Quod enim facimus · non dicatur
recte fieri posse · nec impu-
ne tantum · verum etiam gloriose
ut in eo non timeatur suppli-
cium · sed speretur et premium · si
semel offenserimus in malis
actibus · non quid fiat · sed quare
fiat est querendum · ut que-
cumque pro bonis fiunt causis
nec ipsa mala esse iudicentur
At iustitia merito punit eum
qui dicit se subtraxisse superflua
diuiti ut preberet pauperi ·

a falsarium qui alienum corru
pit testamentum ut is esset
heres qui faceret elemosinas
largas non ille qui ullas et
eum qui se fecisse adulterium
ostendit ut per illam cum qua
fecit hominem de morte liberet
Sed diceret aliquis ergo equan
dus est fur quilibet furi qui volun
tate misericordie furatur.
Quis hoc dixerit Sed horum
duorum non ideo quisque est bo
nus quia peior est unus peior
enim est qui concupiscendo quam qui
miserando furatur Sed si fur
tum omne peccatum est ab omni furto
abstinendum est Quis enim
dicat esse peccandum etiam
si aliud sit gravius aliud

leuius peccatum. Nunc autem querimus
quis actus peccatum sit vel non.
Non quod grauius sit uel leuius
Intende lector propositis verbis
tota mentis consideratione que
non inutilem habent exercitationem
et dinosces quis actus sit peccatum
qui scilicet malam habet causam
nec ille tantum quia sunt nonnulli actus
qui et si bonam habeant cau
sam tamen peccata sunt ut supra
positum est. Et quo consequi videtur
quia non semper ex fine iudicatur
uoluntas siue actio mala
sicut in illis que per se peccata sunt
Illa enim cum quis gesserit pro
aliqua bona causa bonum
vt habere finem nec ex fine
uoluntas est mala nec ex

Dis 40

uoluntate actio fit mala. Sz
ex actione uoluntas fit praua
In quibus aliqui ponunt actum
iudeorum qui crucifigendo christum
arbitrabantur se obsequium pre
stare deo. quia bonum finem di
cunt eos sibi posuisse. scilicet dei
obsequium. et tamen uoluntatem eorum
et actionem peruersam fore asserunt
De bonis autem nulla fit exce
ptio in premissis verbis Aug.
quin omnis uoluntas bona ex
fine fit bona. et ex fine et ex
uoluntate omnis actio bona. bo
na est. Sed non omnis mala uo
luntas ex fine mala est.
nec omnis mala actio ex fine
et uoluntate mala est. et omnis
que habet malam causam. mala

est sed nō omnis que bonaz
causaz habet bona est. Ideoq;
cuz ex affectu dr̄ nomen im
poni operi. In bonis opibꝫ
generalr̄ ya est hec regula
sed in malis excipiuntr̄ illa
que per se mala sūt. Omnia
ergo hoīs opa sm intencōnez
a causaz iudicantr̄ bona vl' ma
la. exceptis his q̄ per se ma
la sunt. i. que sine prevari
cacōne fieri nequeunt.

Redit ad ꝯfirmādum reliq̄.

Que in quidaz ꝯtendunt nunq̄z
habere bonaz cām. Qui em
aliena furatr̄ ut pauperibus
tribuat. nō ꝓ bono (ut aiūt)
furatur. Nō em bonum est ali
ena pauperibꝫ erogare. Qui

em̄ de rapina sacrificiū deo
offert. idez facit ut ait Auto
ritas. ac si filiuz in ꝯspectu
pr̄is victimet. vel sacrificiuz
carnis deo offerat. Ab omni
abilis nempe deo ē impioz
oblacō. Hta eciaz ꝛ hoīez per
adulteriuz a morte liberare
Maluz esse dicūt. Et si em̄ bo
nuz sit hoīez a morte libera
re. tn̄ sic hoīez liberare ma
luz fore asserūt. Hdeoqz Aug.
in superioribꝫ dicūt tp̄asse sermo
nez. cauteqz locutuz vbi ait. Ea
que ꝯstat esse pcta. nllo q̄si
bono fine. nlla velut bona in
tencione facienda. Non em̄ sim
plr dixit bono fine ꝛ bona in
tencōe. sz addidit q̄si ꝛ velut

Dis. 40.

Quia talia non fiunt bono fine et bona intencione, sed intencione que videtur bona, et fine qui putatur bonus sed non est. Nec ideo excepit Augustinus ista ut aiunt quin causas habeant malas. Sed quia causas habent que videntur bone, sunt tamen male.

Mouet quoniam et determinat secundum quorundam opinionem an omnis intencio vel actio eorum qui carent fide sit mala.

Dis. 41

Cumque intencio ut supra dictum est bonum opus faciat, et fides intencionem dirigat, non immerito queri potest utrum omnis intencio omnemque illorum opus malum sit qui fidem non habent. Si enim fides intencionem dirigit, et intencio bonum opus facit, ubi non est fides

Nec intencio bona. nec opus
bonum esse vr. Quod a quibus
dam n̄ irrōnabl'r astruitur.
qui dicūt oēs actiones et vo-
lūtates hoīs sine fide malas
esse. que fide habita bone ex
istūt. Vn̄ apl's ait. Oē quod
non est ex fide pctm est.
Quod exponēs Aug. ait. Oīs
vita infidelium pctm est. et
nil' bonum est. sine bono sūmo
Vbi deest agnicio eterne veri
tatis. Falsa virtus est etiam
in optimis moribus. Et Jacobus
in Epl'a canonica ait. Qui offē
dit in vno scz in charitate. fa
ctus est oīm reus. Qm ergo
fidem et charitatem nō habet.
oīs eius actio pctm est. quia

ad charitatem nō refertur.
Quod enī ad charitatē non
refert (ut supra meminit
Aug.) nō fit quēadmodum fi
eri oportet ideoq; malū est
Non ergo mandata custodit q̄
charitate caret. q̄ sine cha
ritate nullū mandatorum custo
ditur. Vnde Aug. sup̄ ep̄lam ad
Gal. ait. Custodicōem legis di
cit apl's. nō inebriari. non
occidere. nō mechari. et ali
a huiusmodi ad bonos mores pti
nentia. que sine charitate.
fide. et spe. impleri nō pnt
Nullū ergo mādatum implet. nullū
bonum opus facit qui fidem
et charitatē nō hz. Impossi
bile est enī vt ait apl's. sine

fide aliquid placere deo. q̄
go sine fide sunt. bona non
sunt. qz oē bonū placz deo.
Obiicit q̄ determinacōez p̄
orez. ad iungens illi q̄oni
quādaz responsionez
his aut obiicit quod supra
dicit Aug. scz q̄ in seruili ti
more et si bonū fiat. nō tn̄ be
ne. Nemo em̄ inuitus bene
facit. etiā si bonū est. q̄d facit
hic em̄ dicit bonū fieri. sz nō
bene ab illo qui charitatē nō
hz. Qm̄ em̄ seruil'r timet. chari
tate vacuus nō est. de quo tn̄
hic dicit. qz bonū facit. sz nō
bn̄. Qm̄ etiā sup illū locū p̄s
Turtur inuenit sibi nidū vbi
reponat pullos suos. dic̄ q̄
iudei. heretici. et pagani. opa bona

faciunt. quia vestiunt nudos. et
pascunt pauperes. et huiusmodi. sed
non in nudo ecclesie. i. in fide. et ideo
conculcatur pulli eorum. Quibus illi
respondent dicentes. bona opera ap
pellari huiusmodi que sine chari
tate fiunt. non quia bona sint. quia
sic fiunt. quod evidenter supra
Aug. docuit. sed quia bona essent
si aliter fierent. que etiam sui
genere sunt bona. sed ex effectu
fiunt mala.

Ponit aliam determinationem
quibus modis actio eorum bo
na est que fidem non habent

Alii vero qui triphariam distin
ctionem actuum faciunt. opera cuncta
que ad nature subsidium fiunt. semper
bona esse astruunt. Sed quod Aug.
mala esse dicit. si malas habeat

dis 41

causas. non ita accipiendum est
quasi ipsa mala sint. sed quia pec
cant et mali sunt. qui ea malo
fine agunt. Item et illud aliud.
scilicet bonum opus intentio facit
Et intentionem fides dirigit. de
terminant dicentes. ibi bonum
vocatur quod remunerabile est ad
vitam. non quod illud sit solum bo
num opus. immo etiam alia plu
ra. licet non ea ratione qua illud
sint bona. Bonum enim mul
tipliciter accipitur. scilicet pro utili
pro remunerabili. pro signo bo
ni. pro spe boni. pro licito.
et aliis forte modis. Sola quoque il
la intentio remunerabilis est ad
vitam quam fides dirigit. sed non
illa sola bona est ut aiunt.

Mam si quis iudeus vel malus
christianus necessitatem proximi
relevaverit naturali pietate
ductus bonum fecit. et bona fu
it voluntas quam illud fecit
Quaerit utrum omne pec
catum exterius sit volun
tarium seu a voluntate
Post haec investigari oportet
qualiter intelligendum sit quod
Aug. ait in li. de vera reli
gione. Usque adeo inquit peccatum
voluntarium malum est. ut nullo
modo sit peccatum si non sit volun
tarium. Huius dicti rationem Aug.
aperiens in li. retracta. dicit
Potest videri falsa haec diffinitio
sed si diligenter discutiatur inve
nitur esse verissima. peccatum quippe
illud cogitandum est quod tantummodo

pctm est. nō quod est etiam
pena pcti scz pctm pri
mum hoīs quod fuit pctm et
causa pcti sz nō pena. Quamuis
et illa que nō uoluntaria pe
cata nō immerito dicuntur. quia
uel a nescientibus uel a coa
ctis perpetrantur. nō oī modo
pnt sine uoluntate cōmitti.
quia et ille qui peccat ignorans
uolūtate utiqz facit. quod cū
faciēdum non sit. putat esse
faciendum. et ille qui concupiscē
te aduersus spm carne. non
ea que uult facit. concupiscit
quidem uolens. et in eo nō facit
quod uult. sz si uincitur. concu
piscentie consentit uolens. et in eo
non facit nisi quod uult. et illud

quod in parvul' est originale
pctm. ex primi hois volun
tate mala ꝯtractuꝫ est. Non
itaqꝫ falsuꝫ est quod dixi.
usqꝫ adeo pctm voluntariuꝫ
est rc. Ecce qualr accipien
duꝫ sit illud scꝫ vl' de primo
pcto hois. vl' de oibꝰ gene
ralr pctis mortiferis. quorꝫ
licet quedaꝫ dicantur no vo
luntaria. q̄ scꝫ ꝑ ignoran
ciaꝫ vel ꝑ infirmitate fiunt
Eadeꝫ tn ea racoe pnt dici vo
luntaria. qꝛ sine voluntate
non committuntur.

Querit vtꝫ oē pctm sit i vo
luntate.

Illiꝰ eciā intelligencia ꝑ qrē
da est. quod in li. de duabus
animabꝰ edidit inquiens. Nūqꝫ

nisi in uoluntate peccatum est. Sed
etiam in libro retra. plane de
terminat dicens. Potest putari
ista falsa esse sententia. qua
diximus nisi in uoluntate
esse peccatum. Cum apostolus dicat.
quod nolo hoc facio etc. Sed pe
catum quod nisi est nisi in
uoluntate. illud precipue intel
ligendum est. quod iusta dam
natio consecuta est. i. primum
hominis peccatum.

Quomodo intelligitur
illud. non nisi uolunta
te peccatur.

In eodem quoque libro de duabus
animabus aliud tradidit consi
deratione dignum. ait enim. Non
nisi uoluntate peccatur. ipsamque
uoluntatem diffinit dicens. Volu

tas est animi motus cogente
nullo ad aliquid vel non admit
tendum vel adipiscendum. Hu
ius dicti causam aperiens et intel
ligentiam pandens in li. ret.
ait. Hoc propterea dictum
est ut hac diffinitione volens
a nolente discerneretur et
sic ad illos referretur
intentio qui in paradiso fecerunt
originem mali nullo cogente.
peccando et libera volunta
te. Quia et scientes contra preceptum
fecerunt et ille tentator sua
sit ut hoc fieret non coegit
Nam qui nesciens peccavit
non incongruenter volens pec
casse dici potest. Quamvis et ipse
quidem nesciens fecit volens

tn̄ fecit. Ita nec tale pctm̄
sine uoluntate esse potuit
sed uolūtas facti ibi fuit.
nō pcti uoluntas. quod tn̄
factuz fuit pctm̄. Hoc eniz
factū est quod fieri non de
buit. Quisquis aūt sciens
peccat. si pōt cogenti ad pe
catū sine pcto resistere. n̄
cogitur cedere. q̄propt' pctm̄
sine uoluntate esse nō posse
uissimū est. Et his liquet
qualr̄ superiora accipienda sint.

Concludit de pcto interio
ri et exteriori q̄ sit uolūtaria

Si aūt oē pctm̄ mortale uo
lūtariuz est. cū uolūtas ma
la pctm̄ sit mortale. constat
ipaz esse uolūtariū pctm̄.
Quid enī (ut ait Aug) taz in

dis 41

voluntate quam ipsa voluntas
sita est. Voluntas itaque ma
la recte voluntarium dicitur
peccatum. quia consistit in voluntate
Voluntas quippe ut ait Aug.
in eodem est prima causa peccan
di. aut nullum peccatum est prima
causa peccandi. nec est cui
recte imputetur peccatum nisi
peccanti. Non ergo est cui re
cte imputetur nisi voluntati.
Hoc autem de peccato actuali et
mortali intelligendum est. Ne
que his verbis aliud voluit ostendere
Aug. ut ipse ait in retra:
nisi quia voluntas est qua pe
catur et qua recte vivitur.
Inquirit dicitur inter pe
cata operis et voluntatis
et determinat secundum dupli

dis. 42

cem opinionem.

Cum aut voluntas mala et
operacio sint peccatum / queri solet
utrum in eodem homine et circa eandem
rem / hec duo unum sint peccatum
vel diversa / ut si quis volun
tate furatur / voluntatem habu
it malam que peccatum est / et
actum malum / qui item peccatum est.
Hec aut duo diversa sunt scilicet
voluntas et actio / Sed nunquid
diversa sunt peccata an unum
Quidam dicunt / unum esse pec
catum / alii vero dicunt diversa
esse peccata.

Ponit et respondet obiectioni
bus que impugnare videntur
opinionem magis probabilem

Quia cum constet hec duo esse
diversa / et diversa duo peccata

dicuntur. aut duo diuersa
non peccata. Quibus alii respondent
hec duo diuersa esse peccata
non plura. Non enim plura
peccata sunt. sed peccatum unum
quia una preuaricatio uel inobe
dientia in utroque admittitur
siue quando uult. siue quando agit
Et unus est ibi contemptus. sed
minor. cum in uoluntate solum
peccatum continetur. maior uero
cum uoluntati etiam operatio ad
ditur. Ideo maius fit peccatum
sed non plura. cum uoluntas
operi mancipatur.
Sed adhuc eisdem obiicitur
Si unum tantum illa duo peccata
sunt. cum quis uoluntate ma
la prius concepta. deinde opus

alio peccato

patrauerit. Nō pro aliquo

peccato

reus est. nisi pro quo ante

i. ante perfectionem

opus reus erat. Cū adhuc

in sola uoluntate peccatum consi-

stebat. Nullus enim reus ē eter

ne mortis nisi pro peccato.

Sed peccatum aliud non est ad

extra

missum actione. quam prius admis-

sum mala inferiori

sum erat uoluntate. Nō ergo pro

aliquo alio iste fit dānabilis

actu peccando. quam ante fue

rat cū sola uoluntate delinquē-

ex prima opinione

bat. Ad hoc etiā et illi rndēt

dicentes. propter peccatum quidem

tm illum furē reū constitui. et

quamuis eius uoluntas et actio

duo simul sunt

unū sint peccatum. pro alio tn

reus factus est actu peccan

do. quam prius erat sola ~~sola~~

uoluntate delinquendo · quia
pro actu qui est aliud quam uo
luntas · licet non aliud peccatum ·
Item adhuc quoniam instant di
centes · hec duo ideo diuersa
esse peccata · quia diuersorum legis man
datorum preuaricationes sunt ·
Alio enim mandato legis pro
hibetur actio furti scilicet non
furaberis · alio furandi uolun
tas scilicet non concupisces rem pro
ximi tui · Quia autem hec duo
diuersa mandata sunt · quibus
illa duo prohibentur · patet illa
duo diuersas esse preuaricatio
nes · diuersa esse peccata · Ad quod
etiam illi dicunt diuersa quidem
esse mandata · quibus illa
duo distinctim prohibentur

Ut Aug. docet sup Exodi
Verumtamen in illis non obseruatis
vna tamen preuaricatio incurritur
vnumque contrahitur peccatum. licet
duo diuersa illis prohibe-
antur. Sicut ergo duo sunt manda-
ta charitatis quibus duo pre-
cipiuntur diligi. vna tamen in eis
nobis commendatur charitas.

Querit quelibet reatus possit
manere peccato abeunte.
et inde accipitur dria ori-
ginalis et actualis peccati. quia
actuale transit actu et re-
manet reatu. originale
econuerso.

Preterea queri solet. cum ab
aliquo perpetrato uoluntate pe-
cato uoluntas id agendi et actio
transierit. nonduum tamen vera habita
penitentia. vtrum illud peccatum usque quo

Dis. 42

quo peniteat sit in eo. Quod
non esse videtur. qz uolūtas
illa que prius fuit nō est
neqz actō. qz neqz uult illud
uel agit. quod aū uoluit ꝛ
egit. Sed nō est ignorandum
pctm duobꝰ modis dici esse
in aliquo ꝛ trāsire scz actu ꝛ
reatu. Actu est in aliquo dū
ipm pctm est. vt actō uel
uoluntas in peccante. Reatu
vō cuz pro eo sive trāsierit
sive assit. mens hominis pol
luta est ꝛ corrupta. totusqz
homo suppliciis obligatus
ꝑpetuis. nec vnqz est in ali
quo pctm actu. preter ori
ginale. qn sit etiaz reatu.
sz est reatu interduz postqz

transit actu.

Ostendit quod reatus multipliciter accipitur in scriptura. ex quo accipitur differentia mortalis peccati et venialis

Reatus in scriptura multipliciter accipitur, scilicet pro culpa, pro pena, pro obligatione pene temporalis vel eterne. Si enim mortale est, obligat nos pene eterne. Si veniale, obligat nos pene temporali. Duo enim sunt genera peccatorum, mortalium scilicet et venialium. Mortale est per quod homo mortem eternam meretur. Crimen enim (ut ait Aug.) est quod est dignum accusatione et damnatione. Veniale est quod hominem usque in reatum perpetue mortis non gravat. Verumtamen penam meretur, sed facile indulgetur.

Tangit quinque consuetos modos diuidendi peccata.

Modi autem peccatorum varias in scriptura habent distinctiones. in qua dicitur peccatum duobus modis committi. scilicet cupiditate et timore ut Aug. tradit super illum locum psalmi incensa igni et suffossa. Hiis enim duobus modis dicit omnia peccata mortalia includi. Et incensa ea dicit que ex cupiditate male incendente oriuntur. Suffossa vero que ex timore male humiliante proueniunt. quod est quando quis cupit non cupienda. vel timet non timenda. Alibi vero dicitur peccatum fieri tribus modis scilicet cogitatu. verbo. et opere.

Vn̄ hiero. sup̄ Ezechi. Tri
a generalia delicta sunt quibus
humanum subiacet genus.
aut em̄ cogitacōe. aut sermo
ne. aut ope peccamus. hijs
aliqn̄ etiam addit[ur] ~~[illegible]~~ mo
dus scz consuetudinis. quod in
quadriduano lazaro significa
tum est. Dicit[ur] q̄z hō peccare
in deum. in se. et in proximum
In deum cū de deo male sentit
vt hereticus. vel que dei sunt
vsurpare p̄sumit. indigne p̄
ticipando sacramentis. vel qn̄do
nomen dei peierando contempti
bile facit. In proximum pec
cat. cū proximum iniuste le
dit. In se vero cū sibi et nō alij
nocet.

Variā q̄z appellacōez habet
Dicit̄ em̄ pctm̄ eciā delictuz
Et delictū fortasse est ut ait
Aug. in q̄ōibꝫ leuitici declinare a bono pctm̄ est facere
maluz Aliud est em̄ declinare a bono aliud est facere
maluz pctm̄ ꝯo est ꝑ
petracō mali delictū deſzcio
boni quod et ipm̄ ondit
nomen Quid em̄ aliud sonat delictū nisi derelictum
z q̄ deliquit quid deliquit
nisi bonuz Vel delictū est
quod ignoranter fit pctm̄
quod scienter ꝯmittit̄ Indifferent̄ tn̄ z pctm̄ nomīe delicti z delictū noīe pctī appellat̄.
Septez sūt vicia capitalia

Dist. 42

Propterea sciendum est septem
esse vicia capitalia vel prin-
cipalia ut Grego. super Exodi
ait. scilicet inanem gloriam. iram
invidiam. accidiam vel tristiciam
avariciam. castrimargiam. lu-
xuriam. Que ut ait Joh. Cris.
significata sunt in septem populis
qui terram promissionis israe-
li promissam tenebant. De his
quasi septem fontibus cuncte a-
nimarum mortifere corruptele
emanant. Et dicuntur hec capi-
talia. quia ex eis oriuntur omnia
mala. Nullum enim malum est
quod etiam non ab aliquo horum
originem trahat.

Remouet dubitacionem que
ortum habet ex vna illa-
rum diuisionum

Ex superbia tamen omnia mala oriuntur
et hec et alia. quia ut ait Greg.
Radix cuncti mali est superbia
de qua dicitur. Initium omnis peccati
est superbia. que est amor proprie
excellencie. Huius quattuor
sunt species ut Greg. ait. Prima
est cum bonum quod habet quis
sibi attribuit. Secunda cum credit
a deo esse datum. sed tamen pro suis
meritis. Tercia cum se iactat
habere quod non habet. Quarta
cum ceteris despectis singula
riter vult videri. Merito ergo ra
dix omnis mali dicitur superbia
Huic autem videtur obviare quod
apostolus ait. Radix omnium malorum
est cupiditas. quia si radix omnium
malorum est cupiditas. ergo superbie

quo ergo superbia radix est
et initium omnis peccati.
Quo quodlibet horum scilicet
superbia et cupiditas di
catur radix omnium malorum
Sed utrumque recte dictum esse in
telligatur. si genera peccatorum
singulorum. non singula generum
utraque locutione includi intelli
gantur. Nullum quippe genus peccati
est quod interdum ex superbia
non proveniat. Nullum etiam
quod ex cupiditate aliquando
non descendat. Sunt enim non
nulli hominum qui ex cupiditate
fiunt superbi. et aliqui ex super
bia fiunt cupidi. Est enim ut a
it Aug. homo qui non est ama
tor pecunie nisi per hoc pu
taret se excellentiorem esse.

Ideoq; ut excellat. diuicias
cupit. Et ali homi ex super
bia oborit cupiditas. Et e
aliquis qui no amaret excel
lere nisi putaret per hoc
diuicias maiores habere.
Ideoq; ergo excelle laborat
qr diuicias habere amat.
hinc inascit superbia. vel amor
excellencie ex cupiditate.
Patet ergo q ex superbia aliqn
cupiditas. Et ex cupiditate
aliqn superbia orit. Et ideo
de vtraq; recte dicit: q sit
radix oīs mali.

Determinat de pcto i spi
ritusctm qd dr eciā pctm
ad mortē. cōparando illud
ad alia pctor genera.

Est preterea quoddam peccati

genus ceteris grauius et abo
minabilius quod dicitur peccatum in
spiritum sanctum. ~~quod si est~~ de quo in
euangelio veritas ait Qui
peccauerit in spiritum sanctum non
remittetur ei neque hic neque
in futuro. Et Iohannes in epistola
canonica. Est peccatum ad mor
tem. non pro eo dico ut quis
oret. Qui enim peccat in pa
trem remittetur ei. Et qui pec
cat in filium remittetur ei. qui
autem blasphemauerit in spiritum
sanctum non remittetur ei. neque
hic neque in futuro.
Determinat quid sit peccatum
in spiritum sanctum secundum assigna
tionem per differentias eius magis
notas que sunt obstinatio
et desperatio.
Sed queritur quid sit illud

pctm in spm̄sctm vel ad mor-
tem. Quidam dicunt illud pctm
esse desperacionis vel obstinacio-
nis. Obstinacio est indura-
te mentis in malicia pertina-
cia. per quam homo fit impeni-
tens. Desperacio est qua quis
diffidit penitus de bonitate
dei estimans suam maliciam
divine bonitatis magnitudi-
nem excedere. Sicut chayn qui
dixit Maior est iniquitas mea
quam ut veniam merear. Utrumque
vero dicitur pctm in spm̄sctm. quia
spus sctus est amor patris.
et filii. et benignitas quam se invi-
cem et nos diligunt. quam tanta
est cuius finis non est. Recte ergo
in spm̄sctm delinquere dicuntur.

qui sua malicia dei bonitatē
superare putāt. Et ideo peni
tenciaz nō assumūt. Et qui iniq
tati tam ꝑtinaci mēte inherent
ut eaz nunquaz relinquere ꝓpo
nant. Et ad bonitatez spūs
scti nunquaz redire paciā dei
abutētes. Et de misericordia
dei nimis presumentes. Qui
bus placet malicia ꝓpter se
sic piis bonitas. Isti nimia
ꝑtinacia et presumcōe peccāt
autumātes deū nō esse iustū
Illi desꝑacōe deū non bonū
existimant. tollentes in hoc
turbulētissimo iniquitatū mari
portū diuine iusticie quo se
recipiant fluctuātes. Atqz
ipa desꝑacōe addūt peccata

pctis dicentes misericordi
apud deum
am nullam esse. Et quod super pcto-
res necia damnacio debetur.
Soluit dubium utrum omis
obstinacio sit pctm in spi
ritum sanctum.
Sed queritur utrum omis obsti-
nacio mentis in malicia obdu
rate. omisque desperacio sit pctm
in spm sctm. Quidam dicunt omem
obstinacionem et omem desperacionem
esse pctm in spm sctm. Et si
est. aliquando illud pctm remit
titur. quia multi etiam obstinatis
simi et desperatissimi conuertuntur
ut Aug. ait. super illum locum
ps. Conuertam in profundum
maris. i. eos qui erant despera
ps 141
tissimi. Et ibi. Mittit cristal
frusta panis
lum suam sicut buccellas. i.

obstinatos facit aliorum docto
res. Talium conversio ibi etiam
evidenter ostenditur. Ubi ait.
Qui educit vinctos in fortitu
dine. Similiter et eos qui exasperant
qui habitant in sepulcris.
Secundum istos illud peccatum dicitur
irremissibile. non quin aliquando
dimittatur. sed quia vix et raro
et difficulter remittitur. Modo enim
solvitur cristallus nisi vehemen
ti spiritus impetu. Alii vero tra
dunt non qualibet obstinatio
nem vel desperationem appellari
peccatum in spiritum sanctum. sed illam
tantum quam committatur impenitentia
qui etiam impenitentiam dicunt esse
peccatum in spiritum sanctum. Sed quia Aug.
dicit impenitentiam esse peccatum in spiritum

Idic. 25.

sanctū. cū sic obstinatus est
aliquis ut nō peniteat. Di
scuti oportet. an aliud sit ob
stinatio. aliud impenitentia sit in eo
peccatum. an idem sed diuersis mo
dis commissum. Secundum istos pec
catum illud dicitur irremissibile
eo quod numquam dimittatur. Unde
Aug. etiam dicit quod hoc solum
peccatum veniam mereri nō potest
Et hiero. quod taliter peccans di
gne penitere nō potest. Et ideo re
cte Joh. dicit ut nō pro eo
oret quis. quia qui sic peccat
orationibus ecclesie hic vel in
futuro iuuari nō potest. habens
cor induratum tanquam lapis.
sicut de diabolo legitur. post
hanc vitam qui valde mali

sunt meritis ecclie iuuari nō pnt.

Ponit assignacōez pcti in spm sctm per drias eius minus notas.

Est etiā alia huius pcti assignacō. Hoc enim pctm Augu. diffiniens in li. de sermone dni in monte ait. pctm ad mortez est cū post agnicōnem dei p graz chri oppugnat aliquis fraternitatē et aduersus ipaz graz qua reconciliatus est deo. inuidie ffacibus agitatur. quod fortasse est peccare in spm sctm quod pctm dr non remitti. Non qz non sit ignoscendum peccanti si peniteat. Sed qz tanta est labes pcti illius ut deprecanti humilitatez

subire non possit. etiam si
peccatum suum mala conscientia ag-
noscere et enunciare cogatur. ut
iudas cum dixit. peccavi. faci-
lius desperans cucurrit ad la-
queum. quam humilitate veniam
peteret. quod propter magni-
tudinem peccati. iam ex damna-
cione peccati tales habere cre-
dendum est. Ecce quedam as-
signacio peccati in spiritum sanctum. vel
ad mortem hic posita est. quia
illud peccatum esse traditur oppu-
gnacio fraternitatis post agni-
cionem. et invidencia gracie post
reconciliacionem. quod species
quedam obstinacionis intelligi potest.
ponit illius assignacio-
nis explanacionem.

Ad 43.

Illam tn̄ diffinicōem Aug.
in libro retracta, rememo
rans aliquid adiciendum
ibi fore, nec asserendo se
dixisse aperit ita dicens.
Quod quidez nō cōfirmani
qm̄ hoc putare me dixi, sz
tn̄ addenduz fuit si in hac
scelerata mentis pūersita
te finierit hāc vitam. Qm̄
de quocūqz pessimo in hac
vita cōstituto, nō est desperan
duz, nec pro illo imprudē
ter oratur. de quo nō desperatur.
Hīs verbis insinuatur pctm̄
p̄missa diffinicōe descriptū
tunc solum debere dici ad
mortez vel in spm̄ sctm̄, cū
nō habet comitez pn̄az

nec de aliquo pctore despe
randum est in hac vita.
Et ideo pro omni esse orandum
Vnde illud Joh. non pro eo di
co ut quis oret, sic accipi
endum videtur, ut pro aliquo
peccante ad mortem vel in spi
ritum sctm postquam finierit hanc
vitam non oremus. Dum autem
in hac vita est. nec pctm
illius iudicare, nec de illo
desperare, sed pro illo orare
debemus. Vnde Aug. de verbis
dni de impenitentia que est blas
phemia in spiritum sctm sic ait.
Ista impenitentia vel cor im
penitens quamdiu quisque in
hac carne viuit non potest
iudicari. De nullo enim

desperandū est q̄ndm ad pe
nitēciaz paciā dei adducit.
paganus est hodie. iudeus in
fidelis est hodie. hereticus
est hodie. scismaticus est ho
die. quid si cras amplec
tatur catholicā pacem.
et sequatur catholicā veritatē
Quid si isti quos in quocū
q̄ genere erroris notas et
tanq̄ desperatissimos dānas
Anteq̄ finiant istaz vitā
agūt penitēciaz et inveni
unt verā requiez et vitaz
in futuro. Nolite ergo ante
tempus iudicare quicq̄
Ex his ondit̄ur pro sin
gulis pctoribus in hac vi
ta esse orandum. nec de

aliquo esse diffidendum.
quia conuerti potest dum in hac
vita est. Quia non potest
sciri de aliquo utrum peccauerit
ad mortem vel in spiritum
sanctum nisi cum ab hac vita
discesserit nisi forte ali
cui per spiritum sanctum mirabiliter
reuelatum fuerit. Expedit
aliquatenus capi potest quomodo
accipiatur peccatum in spiritum sanctum
scilicet inuidencia gracie fraternita
tem impenitentis oppugnans
que utique obstinacio esse videtur
Et omnis impenitentis obstinacio
atque desperacio. Notandum vero
est quod non omnis qui non penitet
impenitens dici potest quia im
penitencia proprie obstinati est

dis. 95.

et vt quidam volunt etiam desperati.

Subiungit diffinitiuam et communem assignationem peccati in spiritum sanctum secundum Ambrosium.

De hoc quoque peccato in spiritum sanctum Ambrosius in libro de spiritu sancto disserens diffinitiuam assignationem tradit dicens. Cur dominus dixerit. qui blasphemauerit in filium hominis dimittetur ei. qui autem blasphemauerit in spiritum sanctum. neque hic neque in futuro dimittetur ei. Diligenter aduerte. nunquid alia est offensio filii. alia spiritus sancti. Sicut vna dignitas. sic vna iniuria. sed si quis corporis spe deceptus humani. remissus aliquid sentit de christi carne quam dignum

Dis. 45.

est. habet culpam. non est tamen
exclusus a venia. Si quis vero
sancti spiritus dignitatem. maie
statem. et potestatem abneget.
sempiternam. et putet non in
spiritu dei eyci demonia. sed
in beelzebub. non potest ibi ex
hortacio esse venie. ubi sa
crilegij plenitudo est. Satis
hic aperte explicatur quid sit
peccatum in spiritum sanctum. Quod illi
Aug. descripcioni congruere vr.
Qua illud peccatum dicitur esse in
uidencia gracie oppugnans fra
ternitatem. Qui enim post co
gnicionem veritatis sancti spiritus ve
ritatem negat. eiusque opera
dicit esse beelzebub. potestati. bo
nitati. et gracie dei inuidere.

non dubitatur.

Remouet dubium

Nō utiq; distinctio illa vbor
sic accipienda est q̄si triū
personar dimise sit offense
sed ibi pctor gn̄a distincta sūt
pctm̄ em̄ in patrem id intel
ligitur quod fit p infirmitatem
q̄ pri scriptura frequēter at
tribuit potenciam pctm̄ in fi
lium quod fit p ignorāciam
q̄ sapia filio attribuitur
Tercium expositum est Qui go
peccat p infirmitatē vel p igno
rāciam facile veniam adipi
scitur sed nō ille qui peccat
in spm̄ sctm̄ Quoniam aūt vna
sit potēcia sapia bonitas
triū q̄re pri potencia filio

sapiā · spūi scto bonitas
sepiꝰ assignet · supiꝰ dctm ē.

Querit vnde sit potēcia peccādi · et determinat q̄ nō est a deo sm q̄rdaz opiōez

Ldy 44

post predicta ꝯsideracōe dignuz occurrit · vtz peccandi potencia sit nob' a deo · vel a nobis · putāt quidaz potēciaz recte agēdi nobis esse a deo · potēciaz vō peccādi nō a deo sz a nob' vel dyabolo esse · sic mala uolūtas nō a deo nob' est · sz a nob' et a dyabolo · Bona aūt a deo tm nob' est · Bone naqz uolūtatis et cogitacōis inicium nō homī ex seipso nasci · sz diuinitus parari et tribui · in eo deꝰ euidenter ondit · qz

Dis 44

nec diabolus · nec aliquis
angelorum eius · ex quo in hanc
caliginem sunt detrusi · bo-
nam potuit vel poterit re-
sumere voluntatem · Quia si
possibile foret · ut humana
natura postquam a deo aver-
sa bonitatem perdidit volun-
tatis · ex seipsa rursus eam
habere potuisset · multo possi-
bilius hoc natura haberet ange-
lica · que quanto minus gra-
uatur terreni corporis pondere
tanto magis · hac esset pre-
dita facultate · Non ergo homo
vel angelus a se voluntatem
bonam habere potest · sed malam ·
Similiter et de potentia inquiunt · per
similitudinem voluntatis · boni vel

mali dissentes quod illa sit a
deo. non ista.
Ostendit pluribus auctoribus
potentiam peccandi esse a deo
Sed pluribus sanctorum testimoniis
indubitanter monstratur quod
potestas mali a deo est a quo
est omnis potestas. Ait enim apostolus
Non est potestas nisi a deo.
Quod non de potestate boni tantum sed
et mali intelligi oportet. Cum
pilato etiam veritas dicat
Non haberes in me potestatem nisi
datum esset tibi desuper. Malicia
a nempe homini (ut ait Aug.)
cupiditate nocendi per se habet
potestatem autem si ille non dat
non habet. Ideoque diabolus
antequam aliquid tolleret Job
dicebat domino: Mitte manum tuam

Ilis 49

s. da ptatez · qz etiā nocen
ciuz ptās non est nisi a deo
sic sapia ait · Per me re
ges regnat · et tyrrāni per
me terraz tenēt · Vn Job ·
de dno ait · Qui facit regnare
hypocritaz propter pcta
ppli · Et de pplo isrl dicit deus
Dedi eis regē in ira mea ·
Nocendi em uolūtas potest
esse ab hois animo · ptās
aut nō est nisi a deo · et hec
abdita aptaqz iusticia · Naz
p ptatez diabolo datā · iustos
deus facit suos · De hoc etiā
Gregorius in moral · ait ·
Timoris elacō nō ptatis
ordo in crimine est · potēciā
deus tribuit · elacōez vero

potencie malicia nre mentis
invenit. Collamus ergo quod
de nro est. quia non potencia
iusta. sed actio prava damnatur
his auctoribus aliisque pluribus
evidenter ostenditur. quod non est
potestas boni vel mali cuicumque
nisi a deo equo. et si te la
teat equitas.

Determinat dubium utrum a
liquando resistendum sit potestati.

Hic oritur quo non transiliendo
silencio. Dictum est enim supra
quod potestas peccandi vel nocendi
non est homini vel diabolo nisi
a deo. Apostolus autem dicit quod qui
potestati resistit. dei ordinacioni
resistit. Cum ergo diabolo sit
potestas mali dei ordinacione
eius potestati non esse resistendum

videt. Sed sciendum est apl'm
ibi loqui de seculari ptate
scz rege et principe et hmoi
quibus non est resistendum in
his que iubet deus eis ex
hiberi scz in tributis et hmoi
Si vero princeps aliquis vel
diabolus aliquid iusserit contra
deum vel suaserit tunc resi
stendum est. Unde Aug. de trinitate
nas qualiter resistendum sit
ptati in li. de natura boni
ait. Si aliquid iubeat ptas
quod non debeas facere hic
sane contemne ptatem timen
do maiorem ptatem ipsos
humanarum rerum gradus ad
uerte. Si quid iusserit pro
curator. Numquid faciendum

est. si q̄ proconsulez iubeat
Rursus si quid ipse proconsul iu
beat. et aliud iubeat impera
tor. numquid dubitatur illo co
tempto illi esse seruiendum. Ergo
si aliud imperator. aliud iu
beat deus. contempto illo obte
perandum est deo. potestati quo di
aboli uel hominis tunc resi
stimus. cum aliquid contra deum
suggesserit. in quo dei ordi
nacioni non resistimus. sed obtempera
mus. Sic enim deus precepit ut
in malis nulli potestati obediamus.

Continuacio qua ex. ii.
li. ad tercium transit.

Nam nunc his intelligendis
atque pertractandis. que ad verbi
incarnati misterium pertinent
integre mentis consideracione

intendamꝰ ut de meſſabili
bus uel modicū aliqmd
fari deo reuelante vale
amus. Hic ẽm Odo tomis
poſtulat ut qui mꝰ ſto libro de inge
ſtrabili miſterio ſume ſmitatis tres
ſragabili ſtroꝝ abſtraron dixímꝰ ali
quid Hic demde in ſcto libro rotuꝰ
zeru ordine hoc ꝙ Lappu ſo dns
auctoritatu zequiſ miſimuſ Ut
puſ zeparon per ꝙram mediatoꝝ dñi
t hoīm ſſnta atz quare redemptoꝝ
ſatiſ quibuſ obſcuroꝝ hoī allegantur
ac uolnera ſtroꝝ curatur Conſequen
in ſto libro et in ſcto libro dſſe
zamus ut ſamaritanuſ ad uolng
zatꝰ medicuſ ad miſimus ꝙra ad
miſſeu accedat

am. 1515.

Iſſimiter eſt labor eſte finitus. Anno dom
1515 die Mercurij 19 meſis februarij qui
erat feſta ꝙrta ad dominam eſto mihi. Quo
tempore fuit gratus tranſitus zegni polonie ro
mano erat de muſcouita zegni eſtonie
qui almanus Principeſſimus Polonoꝝ hoſtis:
ſuſtinuit aut pacis ſtruluta deibo Maxima
ro et Roxolanoꝝ Maximiliano ſtolotiſſimi
romanoꝝ ſtroꝝ ſubiugatiſſimi agente. Qui voluit
quia ſtrenuus hoſtis et ſtrenuiſſimus valachoꝝ
Moſſouitaꝝ. principeꝰ Lituanie. Hyarchiaꝝ ac
totiuſ Thuſſie ſtotiſ gratanter ſuſt zegi et zegnum
Polonie, ſtq deus optimus et potentiſſimus polonie ſtoſperet
te pita pia mater ſtrdei Sobieſki Stempſki zegis
Polonie, qui valachoꝝ Anno dñi 1509 ſtodie 5ta
Januarij ubi cum ſtre valachoꝝ duc ſuſt capti et cum Hyarchiaꝝ anno dñi 1512
ſto die 8ta menſis maij ubi xx milia Hyarchiaꝝ erat ꝙ Polonoꝝ ſtligata
ſtpetuo in Moſchoꝝ ſcta eſt Multis ſtotis memoranda victoria Anno dñi 1514
ſto die nativitatis marie, ubi Ad octoginta milia muſcouitaꝝ ſuſt ſtligata
ſtcentus milia ad gladios ſuſt capta ſtre grauis captiuitas ſuſt 3 dierum. et octo ſequen
tibus mode. de quo et dñus ſtegius buchacki in ſcta ſtolog ann

Pace reformata fuit de maximo Ioanne rege polonie regi ſtra maſſimo Sigiſmundo de ſoroan. ſtor ꝛc. ſtod grene. Anno dñi 1515. 16 Julij qui ſtoxerunt: et p maſem ſtre. Ita rodi ad Durantum et habet orbem ſtpm

1515